H. Pieper.

Monumenta rerum
Ilfeldensium.

Ex schedis suis collegit

et

additis Leuckfeldianis

Paedagogio Regio Ilfeldensi

sacra saecularia tertia celebraturo

gratulabundus exhibuit

Dr. E. G. Foerstemann

Regius Professor et Gymnasii Nordhusani Conrector.

Prostat Nordhusae

ap. Ferd. Foerstemann.

1843.

Dulcius ex ipso fonte bibuntur aquae.

§§ 1. 2.

Origines Honsteinenses et Ilfeldenses (1),

quas scripsit Joannes Caput (Kopf s. Haupt) Canonicus Ilfeldensis circa annum 1300 (2).

1. Origo vera dominorum de Honstein fundatorum huius Ilfeldensis ecclesie qui primitus duxerunt originem ex castro Bilstein (3).

Volens scire originem et processum dominorum de Honstein et nostre ecclesie Ylueld in sequentibus poterit (4) invenire. Quidam Elgerus (5) natus de Bilstein, ubi et pater eius residens mortuus est et sepultus, edificavit castrum in monte ante claustrum, cui nomen Yleborgk (6), sicut adhuc (7) patet, unde et Comes vocabatur (8), non tamen adhuc in Hon-

---

1) Cf. fabulam de lampade lapidea cum candela perpetua in Meibomii Chron. Riddagshus., S. S. R. G. III, 348. — 2) a. 1296 – 1308, altero post ecclesiam Ilfeldensem institutam saeculo ineunte. — 3) Duobus huius scripti exemplis utor *A* et *B*. — Inscriptio „Origo . . . Bilstein“ deest in *B*. — 4) *B*. ecclesie Ilefeld hic poterit. — 5) In *B*. constanter scriptum est Eilgerus. — 6) Tria haec verba desunt in *B*. — 7) *B*. sicut et adhuc. — 8) *B*. vocatus. — Errasse videtur Canonicus noster vel qui haec verba „cui nomen Yleborg“ adposuit, nusquam enim litterarum Elgerus Comes de Ilburg nominatur, sed Adelgerus (Edelgerus, Elgerus) de Ilfeld. Hi vero sunt Elgeri in litterarum monumentis obvii Saec. XII. et XIII. in.: Adelgerus de Ilevelt 1154 (*Schœttgen* et *Kreyssig* I, 752), Edelgerus de Ilfelt 1155 (Origg. Guelf. III, 561), Adelgerus de Ilvelt 1157 (Schannat Vind. lit. L. 2, p. 4), Adelgerus de Honstein 1162 (v. Schultes Dir. dipl. II, 161), Comes Helgerus 1172 (Origg. G. III, 517), Edelgerus Comes in Ylevelt (cum Wigero Comite in Bilstein etc.) 1182 (*v. Ledebur*, Archiv f. d. G. d. pr. St. XII, 3, 271), Elgerus de Honstein 1182 (*Wenck*, Hess. L. G. II, 115), Comes Elgerus de Honstein 1190 (v. infra § 3), Edelgerus Comes de Honstein 1196 (Origg. G. III, 562), Edelgerus Comes de Honstein 1198 (*Müldener* Bergschl. 123), Comes Algerus de Hohinstein 1204 (Origg. G. III, 630), Helgherus Comes de Hoenstein 1215 (O. G. III, 829), Tidericus et Heinricus filii nobilis viri Elgeri Comitis de Honstein (†) 1219 (O. G. III, 770) etc.

stein. Qui obiit XII. Kal. Martii, ut patet in libro mortuorum(1). Eius(2) uxor vocabatur Bertradis(3), que obiit IIII. Idus Octobris. Cui successit filius eius Elgerus secundus, et hic fuit primus Comes(4) in Honstein, quod castrum obtinuit a Comitissa vidua......(5) nomine, que obiit IIII. Nonas Martii et hic sepelitur. Quia(6) maritus eius nomine Heseke Comes in Honstein, qui obiit sine herede IIII. Kal. Octobris(7). Iste secundus Elgerus cum impetrasset hoc castrum Honstein a duce Brunswigk illius temporis sibi dari, qui hoc habebat de(8) imperio, nostrum cenobium, quod pater eius initiaverat....(9) fundavit imponens ei nomen castri Yluelt(10) et dans ei predium Espe cum XXII(11) mansis sibi adiacentibus et villam O(12). Item secundus Elgerus obtinuit ab imperatore Heinrico anno domini millesimo ducentesimo decem retractis(13) proprietatem fundi eccelesie nostre scilicet quotcunque(14) est inter aquam Bera et rivum qui ante Espe egreditur de silva et usque in frigidam vallem et inde per rivum piscium, ut patet in privilegio. Iste secundus Elgerus obiit Idus Januarii et est hic sepultus(15). Eius uxor Luttradis(16) nostra(17) fundatrix huius ecclesie, filia comitis Heseke supradicti, unde et comiti Elgero illud castrum(18) venit, ut quidam dicunt nata de Orlamunde. Que comitissa(19) obtulit ecclesie nostre villam Appenrode cum parochia, item ecclesiam in Bellingen(20), et obiit Idus(21) Novembris, et hic sepelitur. Ecclesiam autem in Bellingen accepit comes Sifridus(22) in Reinstein, reddens pro ea ecclesias in Veltengel et Besenrode(23) et capellam in Ebra. Et domino mortuo Elgero(24) successit ei tertius(25) Elgerus filius eius.....(26) Comes in Honstein secundus fundator(27), qui obiit XVI. Kalend. Octobris et hic sepelitur, dans VII mansos, scilicet IIII in Veltengel et III in Ebra. Iste destruxit castrum ante(28) claustrum(29).

---

1) *B.* ut patet scriptum in regula nostra inter defunctos. — 2) *B.* Cuius. — 3) *B.* Bertradis nomine. — 4) *B.* Eilgerus secundus qui legitur Idus Jan. et fuisse Comes. — 5) *B.* Renvice. — 6) *A.* Qui. — 7) *B.* obiit et legitur IV. Kal. Oct., et obiit sine herede. — 8) *B.* ab. — 9) *B.* tm̄. — 10) Nomen (Ylvelt) omittit B. — 11) *B.* XXI. — 12) Nomen O omittit B. — 13) *B.* MCXC. — 14) *B.* quicquid. — 15) *B.* et hic sepelitur. — 16) *B.* Luberudis. — (Leg. Lutrudis.) — 17) *B.* erat. — 18) *B.* Eilgero castrum. — 19) *B.* omittit v. comitissa. — 20) *B.* Billingen. — 21) *B.* obiit vero Idus. — Leg. V^{0} i. e. quinto. — 22) *B.* Sigfridus. — 23) *B.* Gesenrode. — 24) *B.* Ebra ut dicitur. Mortuo Eilgero. — 25) *A.* omittit v. tertius, pro quo lacunam habet. — 26) *B.* Ecclesie. — 27) *A.* fundatori. — 28) *A.* aut. — 29) *B.* Iste creditur destruxisse castrum Ilefeld scilicet ante Ilefeld claustrum.

2. Origo huius monasterii Ilfeldensis, unde fundatum sit cum habitu et ritu..... ceremoniis, ut patet in sequentibus.

Origo huius ecclesie Ilveldensis sic se habet: Nam a primo Elgero initiata est, a secundo fundata et a tertio. Descendit ab ecclesia Paludensi (1), cuius et vitam et habitum, scilicet in suppliciis et in cantu et in prepositis tunc sequebatur. Nam primus Prepositus fuit Rudigerus, qui legitur obiisse XVII. Kal. Augusti, secundus Bertoldus, qui legitur obiisse XII. Kal. Aug., tertius Helmbertus, qui obiit III. Non. Febr.: huius tempore consecrata est hec basilica anno domini MCCXXIII: quartus Widekindus, qui obiit XII. Kal. Julii, quintus Uramoldus, qui videns ordinem Premonstratensem esse magis autenticum et religiosiorem et plus augeri quam Magdeburgensem, a qua Paludensis ecclesia descenderat, cum consensu Seniorum et iussu Comitis Theoderici de Honstein fuit (2) Premonstratum et obtulit eis istam ecclesiam. Et tunc factus Abbas primus attulit eorum regulam et habitum et cantum, ad quem comparavit novos libros, qui adhuc sunt hic, et vendidit priores libros ecclesie Sancte Crucis Northusen., qui adhuc sunt ibi. Et tunc ivit Romam pro confirmatione, et obtinuit ibi magnum privilegium isti ecclesie, quod sic incipit: Innocentius IV. Servus Servorum etc. (3) Et sic transmutatio ordinis facta est anno domini Millesimo ducentesimo quadragesimo sexto. Sub isto Abbate ad hunc ordinem veni ego Joannes dictus Caput, qui ista conscribo unde quoquot abhinc ego oculis meis vidi per annos quinquaginta. (4) Iste fuit multum simplex et humilis, contentus uno servo; cum calceis corrigiatis semper equitavit Romam; diligens in regulari observantia; carnibus, balneis non utebatur; rigidus contra rebelles, mansuetus ad obedientes. Conventum suum semper sequebatur, sive in refectorio (nisi esset infirmus vel cum hospitibus, quibus tunc non ministrabantur hic carnes, nec etiam Comiti Theoderico), sive in lectione (que tunc servabatur in ambitu ante monasterium, ubi et liberaria sunt, iuxta monasterium, in camera adhuc vicina), sive in choro ecclesie ad matutinas (ubi habebat ante se suum Antiphonarium et absconsum (5), sicut conventus), sive ad laborem, sive ad silvam, ad ligua cedenda, vel

---

1) Poelde (Palithi, Polithi). — 2) = profectus est. — 3) v. infra § 7. — 4) per annos c. 1250—1300. — 5) i. e. lumen, s. absconsam i. e. candelam (= laternam).

intra claustrum edificia erigenda. Qui et obiit pridie Non. Septembr. a. d. MCCLVIII. Istius etiam tempore consecrata est ecclesia ante portam et unum altare in honorem S. Georgii, ne contingeret ultra illos de villa cum suis mulieribus intrare claustrum et per illud discurrere. [Postea fuit ibi consecratum altare in honorem S. Catherine a. d. MCC..., octavo (1).] Qui permittente deo ex quodam infortunio magno quadam vice stans super quedam edificia erecta inde cecidit et exspiravit, et sepelitur in armario. Cui successit secundus Abbas Geroldus nomine, qui prefuit annis IIII. Qui obiit Idus Febr. Cui successit secundus Abbas natus de Northusen, Johannes, vere dei gratia et nomine et re: nam litteratus homo fuit, omnes enim litteras ecclesie suo tempore scribendas et privilegia ipse dictavit: in cena domini et in magnis festis pro se, vel in capitulo conventui, vel in monasterio predicavit, vel predicari fecit: et missas *ecclesia (2) in omnibus* pro se celebravit, et ceteras horas officiavit. Disciplinatus valde fuit, in vultu generosus, in loquendo mansuetus, tardus et brevis: vitabat turpia, mendacia, detractoria, iactantia: adulteria nunquam pertulit nec audere (3) voluit. In mensa sua nec immoderatos cachinnos, risus, iocos clamoresque admisit, et si oriebantur, clementia sua, seriosa facie, per quod patuit sua intentio, mox repressit. Elevato capite, non in potum suspenso, bibit; post potationem vero ..... diu comedendo exspectavit: unde hospites eum valde admir.... et commedebant (4). Ordinis statuta diligenter per se servabat, transgredientes in Capitulo correxit. Iniurias sibi illatas non punivit, illatas vero aliis vindicavit. In dormitorio, in lectione, in cella fuit, in refectorio nisi esset infirmus vel minutus. Vel cum hospitibus quasi frequenter fuit; unde Comites et Comitisse eum valde venerabantur et commendabant, et ei confitebantur. Moderatus fuit in victu, nam ieiunium regulare intus et foris tenuit. Omni sabbato .... et ....

§ 3. Litterae Henrici VI. Regis datae 16. Cal. Dec. anno 1190.

Henricus sextus divina favente clementia Romanorum Rex et semper Augustus. Ad omnium imperii fidelium tam

1) MCCCVIII? — 2) ecclesie? — 3) audire? — 4) admirabantur et commendabant?

presentium quam futurorum volumus pervenire notitiam, quod fidelis noster Comes Elgerus de Honstein feodum quod ab imperio tenebat, silvam quandam iuxta nominatum cenobium Ilvelt ab occidentali parte sitam, quod cenobium pater ipsius bone memorie initiaverat in honore sancte dei genitricis, nostra licentia prenominato contulit cenobio. Nos autem ob remedium anime nostre et ob spem retributionis eterne proprietatem et fundum supra memorate silve ad laudem dei et sancte genitricis sue libere contulimus a rivo videlicet qui dicitur Bera usque ad alium rivum qui egrediens de montibus transit per predium quod Hespe(1) appellatur. Extenditur etiam eadem silva usque frigidam vallem et ab illo loco extenditur per * ad * rivum piscium ad prenominatam aquam que dicitur Bera. Statuimus itaque et regio sanximus edicto ut viris religiosis in predicto loco deo deservientibus nullus in hac nostre liberalitatis munificentia impedimentum prestare presumat neque aliquo modo eos impediat. Ut tamen que supra dicta sunt rata in perpetuum maneant et inconvulsa, presentem inde paginam conscribi et sigilli nostri impressione iussimus communiri. Huius rei testes sunt Theodericus episcopus Halberstadensis, Everhardus episcopus Mersburgensis, Bertoldus episcopus Nuenburgensis, Conradus abbas Fuldensis, Sifridus abbas Hyrsfeldensis, Conradus abbas Salveldensis, Bernhardus dux Saxonie, Hermannus Palatinus et alii quam plures. Acta sunt hec anno divine incarnationis MCLXXXX. indictione VIII. XVI. Cal. Decembr. in Salvelt.

---

§ 4. Litterae Wilhelmi Regis d. 6. Cal. Apr. a. 1252.

Wylhelmus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus dilectis fidelibus suis abbati et conventui de Ylvelt premonstratensis ordinis Moguntinensis diœcesis gratiam suam et omne bonum. Licet omnium ecclesiarum profectibus intendere debeamus, illas tamen que nobis pre aliis specialius sunt subiecte nos convenit in affectum colligere specialem et earum promotioni efficacius providere. Hinc est quod nos nobilis viri Henrici Comitis de Honstein fidelis nostri, cuius progenitores ecclesiam vestram in fundo imperii fundavisse noscuntur, precibus inclinati de speciali gratia nostra

---

1) al. Espe.

vobis vestrisque successoribus pro remedio peccatorum nostrorum auctoritate presentium indulgemus, ut de bonis imperii usque ad summam XXX Marcarum in annuis reditibus a ministerialibus vel infeudatis nostris et imperii licite comparare et libere retinere possitis usibus vestris perpetuo profutura. Nam et si a feudatariis subtrahantur, ex quo tamen perveniunt ad usus ecclesie in fundo imperii constitute, non videmus nobis aut imperio aliquid deperire. Ne ergo ulla vobis in posterum super bonis talibus difficultas forsitan suscitetur, vos hoc nostro privilegio super gratia vobis facta duximus muniendos. Datum apud Brunswick anno incarnationis dominice MCCLII (1). VI. Cal. Aprilis Indict. X.

---

§ 5. Litterae Rudolphi Regis d. 7. Cal. Mai. a. 1290.

Rudolphus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus fidelibus suis dilectis abbati et conventui monasterii in Ilvelt premonstratensis ordinis Maguntinensis diœcesis gratiam suam et omne bonum. Licet omnium ecclesiarum profectibus intendere debeamus, illis tamen que nobis pre aliis specialius sunt subiecte nos convenit in affectum colligere specialem et earum promotioni efficacius providere. Hinc est quod nos nobilis viri Theoderici Comitis de Honstein fidelis nostri, cuius progenitores ecclesiam vestram in fundo imperii fundavisse noscuntur, precibus inclinati gratiam quam vobis recolende memorie Wylhelmus quondam Romanorum Rex predecessor noster vobis vestrisque successoribus contulit, videlicet ut de bonis imperii usque ad summam LX Marcarum in annuis reditibus a ministerialibus vel infeudatis nostris et imperii licite comparare et libere retinere possitis usibus vestris, ratam habemus et confirmamus et....(2) scripti regali patrocinio communimus. Eandem gratiam non solum admittentes, sed etiam ex nostra largitione eam ulterius ampliantes usque ad summam LXXX Marcarum procedere in remissionem......(3) nostrorum.......(4) concedimus supradicto usibus vestris perpetuo profutura. Nam etsi a fundatariis subtrahantur, ex quo tamen perveniunt ad usus ecclesie in fundo imperii constitute, non videmus nobis aut imperio aliquid deperire. Preterea devotis vestris postula-

---

1) MCCLVI error est exempli mei. — 2) presentis. — 3) peccatorum. — 4) monasterio.

tionibus clementius ......(1) firmiter inhibemus, ut de censu qui vobis solvitur de areis sive de....(2), quas habetis in opido nostro Northusen, quocunque iusto titulo possidetur infra muros vel extra, ...(3) aut magistratuum eiusdem opidi quidquam exigere, minuere audeat aut auferre, sed omnia vestra sicut a multis retro annis usque ad tempora nostra pacifice possedistis, de speciali nostra gratia vobis salva et libera volumus permanere. Ne ergo ulla vobis in posterum super hac nostra donatione difficultas forsitan suscitetur, vos hoc nostro privilegio super gratia vobis facta duximus muniendos, non obstante quocunque privilegio in contrarium concesso. Datum Erford. anno domini MCCXC. Indict.....(4) VII. Cal. Maii, Regni vero....(5)

---

§ 6. Litterae Caroli IV. Imperatoris d. pridie Id. Sept. a. 1366(6).

In nomine sancte et individue trinitatis feliciter amen. Carolus quartus divina favente providentia(7) Romanorum Imperator semper Augustus et Boemie Rex. Ad perpetuam rei memoriam venerabili Hermanno abbati Ilveldensis monasterii ordinis premonstratensis totique(8) conventui eiusdem monasterii suis et imperii devotis dilectis gratiam suam et omne bonum. Devoti dilecti etc. Quanquam(9) nostra benignitas cunctis(10) imperii sacri fidelibus et devotis se in eorum iustis requisitionibus semper exhibeat liberalem, votis tamen illorum pronius et facilius condescendit, qui divino cultui sedulius intendentes(11) vite continentissime et exemplaris esse et morum honestissimorum per magnam rerum experientiam comprobantur, sane his, que vestra supplicatio continebat, inspectis, videlicet ut nostra celsitudo Cesarea dignaretur, intuitu nostri domini Jesu Christi eiusque beatissime genitricis, bona monasterii vestri, que a pie memorie quondam Elgero Comite in Honstein fundatore ipsius monasterii prelibati, nec non a pluribus Christi fidelibus in nemoribus, mansis, prediis urbanis et rusticis, ac in pratis, pascuis, piscinis, vineis, pensionibus et censibus sunt legata, gratiose appropriare et appropriationes per di-

1) indulgentes. — 2) curiis. — 3) nullus prefectorum (consulum?). — 4) III. — 5) XVII. — 6) cf. *Leuckfeld*, Ant. Ilfeld. p. 78-80. — 7) *Leuckf.* clementia. — 8) *Leuckf.* totius. — 9) *L.* Quenquam. — 10) *L.* benignitatis suis et. — 11) *L.* sedulitus intenderunt.

vos quondam Romanos[1] Imperatores et Reges ipsi[2] vestro monasterio quondam factas[3] ratificare ac etiam gratiosius[4] confirmare ex liberali munificentia dextre cesaree, fideli devotione, quam ad nos et sacrum imperium geritis, diligenter attenta[5] et consideratis etiam morum honestate ac sacra religione, quibus vitam in hoc seculo ducere concernimini, de plenitudine cesaree potestatis, qua publice fungimur, ac de gratia speciali, de omnibus et singulis, que in vestra supplicatione continebantur, ut promissum est vobis et monasterio vestro predicto gratiose duximus complacendum, bona quecunque legata, tam[6] a dicto quondam Elgero, quam a quibusdam aliis[7] Christi fidelibus monasterio vestro predicto appropriantes[8], et appropriata per divos quondam Romanos[9] Imperatores et Reges predecessores nostros, plenius confirmantes, non obstantibus aliquibus legibus communibus vel[10] municipalibus seu constitutionibus tam factis quam fiendis[11], quibus obstantibus vel obstare valentibus[12], quantum est in hac parte de[13] certa nostra scientia, et non per errorem, taliter derogamus et esse intendimus omnimode derogatum, ac si de eis et earum qualibet[14] fieret mentio specialis. Nulli ergo omnino homini liceat hanc nostram[15] appropriationis, ratificationis et confirmationis paginam infringere aut ei quovis ausu temerario contraire. Si quis autem contrarium attemptare presumpserit, indignationem nostram penamque quinquaginta Marcarum auri puri, quarum medietatem fisci nostri imperialis et reliquam vestris usibus applicare[16] statuimus, toties quoties contra factum fuerit, se noverit ipso facto irremissibiliter incursurum.

— Signum Serenissimi[17] principis et domini domini Caroli quarti Imperatoris invictissimi et gloriosissimi Boemie Regis. —

Testes huius rei sunt venerabiles Gerlacus Moguntinensis Archiepiscopus, sacri imperii per Alamanniam Archicancellarius, Marquardus Aquileiensis Patriarcha, illustris Rudolphus Saxonie Dux, Archimarschalkus, et Otto Marchio Brandenburgensis, sacri[18] imperii principes Electores, venerabiles Joannes Olmucensis, imperialis aule Cancellarius,

---

1) *L.* Romanorum. — 2) *L.* Christi. — 3) *L.* monasterio factus. — 4) *L.* omnia gratiosissime. — 5) *L.* attentis. — 6) *L.* legatatum. — 7) *L.* quibus libet. — 8) *L.* addicto appropriari. — 9) *L.* Romanorum. — 10) *L.* legibus, quibus vel in. — 11) *L.* tum factis quam futuris. — 12) *L.* volentibus. — 13) *L.* est de. — 14) *L.* qualis. — 15) *L.* nostrae. — 16) *L.* laesorum usibus applicari. — 17) *L.* praemissum. — 18) *L.* Romani.

Petrus Ulixon. apostolice sedis nuntius, Joannes Wormaciensis, Joannes Argentinensis, Lambertus Spirensis, Joannes Brixensis et Petrus Curiensis ecclesiarum Episcopi, illustris Wilhelmus Misnensis et Rudolphus de Baden Marchiones, spectabiles Burchardus et Joannes Magdeburgensis, Fridericus Nurebergensis Burggravii, nobiles Henricus de Schwarzburg, Rudolphus et Joannes de Wertheim, Walramus de Spanheim (1) et alii quam plures nostri et imperii sacri Principes, Comites, Nobiles et fideles.... sub nostro imperialis maiestatis sigillo testimonio litterarum. Datum in Franckfort super Magum Anno Domini MCCCLXVI, Indictione IIII, pridie Idus Septembris, Regnorum nostrorum anno XXI, Imperii vero duodecimo.

---

§ 7. Litterae Innocentii IV. Papae d. Lugdun. 3. Non. Dec. a. 1247.

(Innocentius P. IV. monasterium Ilfeldense in S. Petri et suam tutelam recipit, confirmans eidem omnia iura sua et possessiones, v. c. locum in quo fundatum est ipsum monasterium cum pertinentiis, ecclesiam in Bedeleshagen (Bettlershain), villam Appenrode cum ecclesia ibidem, ecclesiam in Holtengilde (Holzengel) c. pert., ecclesiam in Veltengilde (Feldengel) c. pert., ecclesias S. Martini, S. Andreae et S. Gumberti in villa Griczen (Greussen) c. pert., capellam in villa Eueran (Ebra) c. pert., villam O c. pert., agros et curias in villis Ouwelebun et Girbuchi (Auleben et Görsbach), in villis Spire inf. (Niederspier), Dalem (Thalheim?), Ottenstede, Westerenengelin, Saxwerfe, Baldenrode (Bolderode) et Wafenleve (Wofleben), bona in Espe et Kirchengilde, cum agris, pratis, silvis, aquis etc.)

---

§ 8. Litterae Conradi I Archiepiscopi Mogunt. (Act. a. dom. incarn. 1193). v. *Leuckfeld.* Antiqq. Ilfeld. p. 55. ff. (2)

(Conradus Archiep. Mog. recognoscit: „quod ex coniventia et ordinatione patroni et fundatoris ecclesie in Ile-

---

1) *L.* Wolfram de Oppenheim. — 2) Emendatiores has litteras exhibet *Baring*, Clav. dipl. ed. 2. p. 195. s.

velt in eadem ecclesia Canonici, qui Norberdini dicuntur, Premonstratensis ecclesie vitam et habitum gerentes, regulariter sunt instituti, in cuius religionis habitu multis retroactis temporibus fratres ibidem degentes domino devotissime servirent. Unde quoniam omnis aetas pronior est ad malum, predicte ecclesie in Ilevelt et eius conventui talem nostre auctoritatis probamus confirmationem, sub anathematis interpositione prohibentes, ne aliquam(1) in posterum spiritualis secularisve persona religionis habitum vel regulam per alterationem permutare presumat.")

---

§ 9. Litterae Sigfridi II. Archiep. Mogunt. (Dat. ap. Erphordiam 6. Cal. Nov. a. incarn. 1223.) Ibid. pag. 57. f.

(Sigfridus Archiep. Mog. indulget famulis dei in Ilvelt: „ut iidem fratres quibuscunque apud ipsos postulantibus sepulturam conferant, salva tamen plebani sui licentia, qui rogatus concedet suis parochialibus apud dictum cenobium sepeliri. Porro hanc specialiter indulgentiam locum volumus obtinere circa plebanos in Northusin et in confinio eodem.")

---

§ 10. Litterae Sigfridi III. Archiep. Mogunt. (Dat. Erphord. Id. Dec. Pontif. a. 1.) a. 1231. Ibid. p. 89.

(S. Archiep. Mog. confirmat permutationem unius et dimidii mansi, quam Theodericus Comes de Honstein pro quinque mansis cum plebano ecclesiae S. Viti in Esserode (Hesserode), consentiente W. praeposito Jechaburgensi, iniit.)

---

§ 11. Litterae Elgeri II. Comitis de Honstein. (Act. anno 1216).

In nomine sancte et individue trinitatis. Notum esse volumus tam futuris quam presentibus omnibus ad quos hoc....(2) scriptum pervenerit Christi fidelibus, quod ego

---

1) ne aliqua? — 2) nostrum.

Elgerus huius nominis secundus Comes in Honstein et uxor mea Oda et filii mei quatuor Elgerus, Theodericus, Heinricus, Elgerus, de communi consensu et consilio ecclesiam beate Marie in Ilveld, cui non modicum ratione fundationis......... in partem piscine nostre, que Netzewogk vulgariter apellatur, recepimus et eam nulla terminorum facta distinctione cum predicta ecclesia equa lance divisimus, hoc modo videlicet, ut sicut nos nostram ita ecclesia suam licentiam habeat naviculam(1), et in tota piscina, ubicunque voluerit, sine reclamatione piscandi liberam exerceat potestatem. Et qui(2) predicte ecclesie...... fratres tam clerici quam laici in fundo nostro de licentia nostra eandem piscinam de expensis suis et manuum suarum laboribus construxerunt, in capiendis piscibus nullum tempus, nullam mensuram eis prescribimus nec prescribi permittemus: imo quia viri spirituales spiritualiter in Christo viventes propter sacri ordinis debitum et reverentiam carnibus, nisi infirmi sint, non utuntur, piscandi cottidie licentiam generalem quantum conventui sufficiat indulgemus. Igitur quia ecclesie de integra sinceritate prodesse volumus, non obesse, ne ipsa multorum offensiones et inimicitias occasione nostre donationis incurrat, sed aliquando necessitate mandatum habeat, quod contra importunitatem pisces petentium quasi pro scuto excusationis suspendat, volumus et pro bono ecclesie districtissime mandamus, ut quicunque de ecclesia sua clericus sive laicus pisces subtraxerit et extra canam(3) quacunque intentione distulerit, et ita consolationis nostre beneficium alienaverit, gravius emendetur. Unum et preter predicta mandamus et volumus, ut quicunque de tytulo vel familia ecclesie cervis in fuga deficientibus et ad lacum properantibus et in aquarum refugio salutem mendicantibus aliquando subversionis periculum procuraverit, vel aliquo offensionum genere scienter offenderit, si persona spiritualis est, penitentia puniatur, si secularis est et inemendabilis, nobis ad corrigendum exhibeatur. Ne autem aliquis successorum nostrorum id quod studio pie devotionis fecimus ausu temerario violare presumat, et predicte piscine medietatem indistinctam et sine termino beate Marie in Ilvelt sacrificium pro peccatis nostris et antecessorum et successorum nostrorum obtulimus, et ut quilibet temeritatis attemptator periculum et excommunicationis incursurum se manifeste cognoscat....

---

1) naviculandi? — s. licitam habeat naviculam? — 2) quia. — 3) carenam (fasten)? — s. cannam (kanne)?

.... participatione dotavimus. Ad maiorem autem huius ordinationis confirmationem presentem paginam ecclesie conscripsimus et sigilli nostri appensione communivimus, in qua testes idoneos tam laicos quam clericos subiunximus, qui si necesse fuerit testimonium sufficiens exhibeant veritati. Quorum hec sunt nomina: Comes Henricus de Stalberg, Comes Burchardus de Scartvelt, Comes Heidenricus de Luterbergk, Comes Albertus de Clettenberg, Castellani nostri Burchardus de Ascazerode, Theodericus de Wilrod, Guntherus de Radolverod, Echardus de Vockenrod, Otto de Rosla, Theodericus prepositus...., (1).... parochianus in Northusen, Heinricus parochianus...... de Berge, et alii quam plures honesti. Acta sunt autem hec anno dominice incarnationis MCCXVI. indictione quarta.

---

§ 12. Litterae Ludovici Thuringiae Landgravii (Act. a. 1220).

Ludovicus dei gratia Thuringie Lantgravius et Saxonie Palatinus. Cum longo temporis tractu et successione decedentium in oblivionem veniunt, que iusto titulo contracta sunt, auctoritate presentis pagine notum facimus universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, Quod Theodericus de Gruningen cum favore uxoris et filiorum ac filiarum suarum Hilleberto preposito de Ilvelt et successoribus suis octo mansos in Kirchengell contractu legitimo vendidit pro LX Marcis cum omni iure attinentiis libere et quiete possidendos, et ad abundantem cautelam, quum de foro nostro erant, pater et heredes predictos mansos celebrato contractu in manu mea resignaverunt, quos prefate ecclesie nemine reclamante contulimus iure proprio possidendos. Et cum in caussis gestorum semper scripta necessaria esse comprobantur, per quam (2) temeritas calumniatorum sufficienter reprimatur, ex presenti scripto inhibemus ne quis deinceps ausu temerario prefatam ecclesiam super pretaxatis prediis molestare presumat, que in omni libertate quiete possessionis manere decernimus. Huius rei testes sunt Burchardus Comes de Scarpfeldt (3), Albertus et filius eius Albertus Comites de

---

1) eccl. S. Crucis in Northusen? — 2) que (= quae). — 3) Scartfelt (= Scharzfeld)

Clettenberg, Theodericus Comes de Honstein, Cristianus Comes de Kirchberg, Henricus de Spira, Guntherus dapifer de Schlotheim(1), Rudolphus pincerna et Henricus frater eius, Ludewicus de Almenhusen, Hugo de Sommeringen, Cristianus Girburg, Fridericus de Drevere, H.... de Wyssense, Hartwicus de H..... et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCCXX. indictione VIII. regnante Friderico invictissimo Romanorum rege semper augusto et rege Sicilie.

---

§ 13. Litterae Henrici Comitis de Lutterberg (Act. Kal. Oct. a. 1228). v. *Leuckfeld* A. I. p. 98.

(Heidenricus Comes in Lutterberg cum consensu cognatorum Comitum de Scartveld — Borchardi senioris, Borchardi Albi et Borchardi Struvonis — villam Koningeshagen confert ecclesiae b. Joannis Bapt. in Polithe [Pölde]. — Inter testes est „Helbertus in Hyleveld Prepositus." (2))

---

§ 14. Litterae Henrici Thuringiae Landgravii (Act. a. 1231)(3).

Henricus Dei gratia Thuringie Lantgravius et Saxonie Comes Palatinus omnibus ad quos hoc scriptum pervenerit Salutem. Ad malorum hominum versutias cavendas, qui tamen invidere(4) solent et bonorum insidiari quieti, ut ipsorum pacem disturbent, maxime claustralium mansuetudini tanquam latrones insidiantes, ut res ipsorum arripiant et sibi vindicent ad possidendum, litterarum instrumenta reperta qualiter(5) rerum possessiones sint contracte,(6) contra machinamenta maligna supra dictorum pravorum futurorum intellectum,(7) huius rei gratia scire volumus omnes ad quos presens scriptum devenerit ad legendum, Quod Theodericus

---

1) l. Slatheim. — 2) „Helimbertus Praepositus de Ilvelde" et „Ekehardus eiusd. eccl. Canonicus" in litteris datis a. 1227, de duobus mansis in Feld-Engilde ecclesiae Ilfeldensi donatis v. *Leuckfeld* A. I. p. 98. — 3) cf. *Leuckfeld* A. I. p. 99. — 4) *Leuckf.* tam temere. — F. tam invidere. —. 5) *Leuckf.* contra. — 6) *L.* contracta. — 7) *L.* dictorum - - - futurorum intellectu.

de Winchille unus de ministerialibus nostris habens tres mansos et unam aream sitos in Kirchengilde venales W. preposito(1) de Ilvelt et fratribus suis pro XXVIII marcis de nostra licentia et consensu vendidit. Huius rei testes sunt Conradus et Fridericus fratres et nobiles de Tannerode, Bertoldus dapifer de Slatheim,(2) Everhardus(3) de Scidingen, Arnoldus de Muchele,(4) Theodericus de Subach,(5) Ludevicus de Husen et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini MCCXXXI. Ut autem hec venditio(6) rata et indefessa(7) semper maneat, sigilli nostri impressione eam fecimus roborari.

---

§ 15. Binae Litterae Henrici Misn. et Orient. March., Thuring. L. d. prid. Non. Apr. a. 1254.

a. Nos Henricus dei gratia Misnensis et orientalis Marchio, Thuringie Lantgravius, Saxonie Comes palatinus recognoscimus et tenore presentium publice declaramus......(8) voluntate existit, quod dominus Konemundus de Sundershusen quinque mansos in villa Sunthusen sitos dominis de Ilvelt iure proprietatis contulit, et super eo consensum nostrum, qua(9) de iure nostro et foro sunt, plenarie adhibemus. Datum in castris(10) apud Rideburg anno domini MCCLI pridie Nonas Aprilis, IX indictione. Huius rei testes sunt magister Cristofferus curie nostre notarius, Hugo de Salza, Konemundus de Sundershusen,......(11) de Scheneburg et alii quam plures.

b. Nos Henricus dei gratia Misnensis et orientalis Marchio, Thuringie Lantgravius et Saxonie Comes palatinus recognoscimus et tenore presentium publice declaramus....(12) existit et plenarie consentimus, quod dominus Hugo de Salza duos mansos et mans... in villa Engelde sitos dominis de Ilvelt iure proprietatis contulit, et super eo consensum nostrum plenarie adhibemus. Datum in castro apud Fride-

---

1) Sic scribendum putavi, litera W. solito more pro Widekindi praepositi nomine posito. -- *Leuckf.* „in Kureggelde venales Walthero Praeposito.“ -- Exemplum meum: „in Kirchengell venales Domino preposito.“ -- „Widekindus prepositus“ a. 1231. 3. Id. Nov. v. § 61. — 2) *Leuckf.* Berthold dapifer de Stotheim. — Exempl. meum: Berthus dapifer de Schlotheim. — 3) L. Emerhardus. — 4) Ex. m. Michele. — 5) *L.* Lubach. — 6) *L.* emtio. — 7) *L.* indefensa. — 8) quod nostra (bona cum)? — 9) quod (s. quia, s. quum). — 10) Leg. in castro ap. R. (cf. b.) — 11) Hermannus. — 12) quod nostra (bona cum) voluntate?

burg(1) anno domini MCCLI pridie Nonas Aprilis....(2) indictione. Huius rei testes sunt magister Cristofferus curie nostre notarius, Hugo de Salza, Kunemundus de Sundershusen, Hermannus de Schoneberg et alii quam plures fide digni.

---

§ 16. Litterae Theoderici Comitis de Honstein s. d. et a. (c. 1240).

T. dei gratia Comes de Honstein omnibus in perpetuum. Que(3) temporaliter facta labantur simul cum tempore, solent pleraque(4) gesta hominum litteris commendari. Igitur ne in posterum aliqua dubietas valeat suboriri, ego Theodericus Comes in Honstein presente pagina confiteor, me a sorore mea Bertrade septuaginta marcas recepisse, et nomine venditionis cum consensu filii mei assignavi ei bona diebus vite sue quiete et pacifice possidenda. Hec sunt bona: in Saswerpen talentum, in Crimbderode(5) quinque forenses modios ordei et quinque siliginis et quinque solidos, Wigradisdorp totam villam cum omni iure, Hamme duodecim forenses modios, quatuor tritici, quatuor siliginis et quatuor ordei. Huius emtionis testes sunt Widekindus prepositus de Ylvelt, frater Elgerus de ordine predicatorum et prior in Ysenache, Bernardus prior in Erphord..... Castellanus in Honstein, Bertoldus de Radolveroth, Burchardus et Henricus de Ascaceroth, Fridericus et Henricus de Weilroth, Ludolfus de Bula et alii quam plures.

---

§ 17. Litterae Theoderici Comitis de Honstein d. 4. Id. Mai. 1243.

Theodericus dei gratia Comes de Honstein dilecto sibi domino Widekindo preposito et conventui de Ilvelt Salutem et omne bonum. Etsi nobis facultas non sit novas ecclesias construendi, constructas tamen et sub nostra positas ditione pro viribus nostris protegere volumus, ac in suis libertatibus et honore, quantum in nobis fuerit, conservare, sperantes quod id ipsum debeat saltem nobis proficere ad salutem.

---

1) Leg. Rideburg (= Reideburg prope Halas Saxon.), cf. a. — 2) IX. — 3) Ne. — 4) l. plerumque. — 5) l. Crimilderode (= Crimderode).

Cupientes igitur inherere vestigiis bone memorie genitoris nostri, qui vestram ecclesiam dinoscitur fundavisse, et sic religionis primordia instaurasse in eis, quod conventus vester premonstratensi subsit ecclesie, et eiusdem ordinis vitam, habitum et regulam habere debeat, ac eidem in omnibus et per omnia sit conformis, in quo et vos auctore deo ultronei consentitis; volumus, et Henricus primogenitus noster ac filie nostre nobiscum consentiunt, et eundem ordinem et non alium in perpetuum observetur(1). Et ut ipsius ordinis asperitas interius levior fiat vobis, quo exterius in maiore pace ac quiete vobis provisum fuerit, omnes possessiones et bona, que progenitores vel homines nostri qualescunque vobis pietatis intuitu rationabiliter vobis contulerunt seu contulerint in futurum, ecclesie vestre in perpetuum obtinenda, presenti nostro privilegio confirmamus, ne quisquam nostre posteritatis successor in posterum super ipsis possessionibus sive bonis aliquid vobis impedimenti aut difficultatis ullo unquam tempore valeat suscitare, sed potius hac nostra gratia quiete ac pacifice perpetuo gaudeatis. Data apud Honstein Anno incarnationis domini MCCXLIII. quarto Idus Maii.

---

§ 18. Litterae Heinrici Comitis de Honstein. Act. ap. Honstein a. 1271. 8. Id. Mai.

*(Heinricus Comes de Honstein testatur, se consentientibus coniuge et quatuor filiis, Theoderico, Heinrico, Elgero et Ulrico, Johanni Praeposito et Conventui sanctimonialium b. virg. Mariae in Northusen pro quadraginta marcis vendidisse silvam „Eychinberg“ apud villam „Petirsdorf“ proprietatis titulo possidendam. — Inter testes est „Dominus Johannes abbas in Ylueld.“)

---

§ 19. Litterae Theoderici et Heinrici Comitum de Honstein d. 4. Kal. Febr. 1282.

Nos Theodericus et Heinricus fratres dei gratia Comites Iuvenes de Honstein, Cum memoria hominum sit adeo

---

1) ut eundem ...... observetis.

labilis et caduca, quod nec longitudini temporum nec multitudini rerum sufficiens esse possit, dignum est pariter et consultum, quod ea scripto commendentur, quorum oblivio grave periculum sive rerum dispendium poterit generare, Hinc est quod ad notitiam tam modernorum quam posterorum presentem litteram intuentium cupimus pervenire, quod de bona voluntate nostra et de pura permissione dilectorum nostrorum, videlicet patris nostri et matris nostre ac etiam fratrum nostrorum, scilicet Eilgheri prepositi(1), Olrici et Eilgheri, et sororum nostrarum Vthe et Luttrudis, nec non uxorum nostrarum et omnium puerorum nostrorum utriusque sexus unanimi consensu accedente, Septem Mansos et Quatuor Curias in wolkerameshusen sitos, solventes annuatim viginti et duos forenses modios annone, cum omnibus tam intra villam quam extra villam pertinentibus ad eosdem, venerabilibus et in christo dilectis dominis... Abbati et Conventui Ecclesie beate Marie in Ilefelde pro Centum Marcis Northusensis argenti, cum omni iure quo nos hactenus ipsos mansos habuimus, libere vendidimus proprietatis titulo perpetuo possidendos. Testes huius rei sunt Comes Gozmarus de Kirchperg, Heinricus de Ascazerod Iunior, Henricus de werna, Henningus de Blicherod, Tidricus Scriptor noster et multi alii. Ne autem hanc venditionem nostram voluntarie factam quisquam successorum nostrorum infringere valeat in posterum aut mutare, presentem litteram Sigillis nostris et Sigillis patris nostri et Eilgheri prepositi fratris nostri ad maiorem firmitatem dictis dominis dedimus communitam. Acta sunt hec anno domini M.CCLXXXII. IIII. kal. Februar.

---

§ 20. Litterae(2) Comitum de Honstein d. 1305 die S. Luciae virg. (Act. a. 1286. 1300. 1302. 1305.)

Cum gestorum notitia cum tempore dilabitur nisi per scripturam(3) testibus et sigillis munita diligentius observetur, Hinc est quod ego Theodericus et Heinricus fratres Comites in Honstein et Heinricus et Theodericus filii mei et Theodericus filius fratris mei cum omnibus aliis nostris heredibus in his scriptis publice protestamur, quod pater noster H. bone memorie et ego et frater meus de bo-

1) Ecclesiae S. Crucis Nordhus. — 2) Duobus utor partis prioris harum litterarum exemplis, *A* et *B*. — 3) *A*. scriptum.

na voluntate nostrorum heredum in Berckemore quedam bona vendidimus, quedam donavimus ecclesie S. Marie virginis in Ilvelt, scilicet quotcunque(1) est agrorum, camporum, pratorum, montium, vallium, silvarum, inter rivulam dictum Merckelsbach a principio eius in finem, et ab inde inter flumen Bera, versus(2) occidentem, aquilonem et orientem, usque quo modicus rivulus fluit in ipsum, ante locum dictum Strietholz(3), et ab inde ascendendo paululum, et sic redeundo per stratam communem, post ante nemus(4) versus Honstein, inclusis pratellis inter rubos(5), et postea per semitam dictam Lanswegk(6) usque ad principium rivi Merckelsbach prius dicti: quos terminos Hermannus de Konigerode cum forestario(7) illius temporis ad iussum nostrum fratribus de Ilvelt plurimis ipsum sequentibus demonstravit: quos cum allodio ibi constructo volumus ad consolationem fratrum(8), sicut et dominus Johannes tunc Abbas constituit, perpetuo pertinere. Acta sunt hec anno domini MCCLXXXVI(9). — Item recognoscimus ad prefatam ecclesiam pertinere montem arvorum iuxta(10) claustrum, qui incipit a valle retro Lachenstein usque ad vallem Wydental, quem pro LXX Marcis a nobis comparantes iam longo tempore possederunt. Item omnes montes ab inde usque ad vallem Gotschalckstal, et inde(11) ad aquam inde fluentem versus Wygrammesdorf. A campis vero eius(12) extenditur in latitudinem sursum usque ad semitam in summitate montium, que incipit retro Lachenstein(13) et in predicta valle Gotschalkestal terminat. Superiores hos montes emerunt pro quinquaginta Marcis, inferiores vero dedimus eis, quia subvenerunt nobis in sexaginta Marcis(14) ad munitionem in Gebese(15) comparandam. Acta sunt hec anno domini M°.CCC°:(16) — Item piscinam dictam iuxta salices dedimus ecclesie predicte perpetuo possidendam. Item pro voto peregrinationis mee ad beatam Virginem ecclesie dedi triginta Marcas, cum quibus comparaverunt sex forenses annuatim, ut circa quatuor festa beate virginis cantent solemniter quatuor missas singulis annis de* ea(17), et tot habeant consolationes exinde* per quas* pro predicto voto meo redimendo. In hiis missis et orationibus se mihi perpetuo faciant obligatos. Item assignavimus Ermingardi

---

1) *B.* quicquid. — 2) *B.* per. — 3) *A.* Streilhocz. — 4) *B.* omittit v. nemus. — 5) *A.* omittit v. rubos. — 6) *B.* Landesweg. — 7) A. Voristarius. — Forestarius = Förster. — 8) *B.* fratris. — 9) *B.* 1282, — 10) *A.* nostrorum. — 11) *B.* exinde. — 12) Haec duo verba omittit *B.* — 13) *B.* Langenstein. — 14) *B.* nobis 1000 marcis. — 15) *B.* Gebose. — 16) *B.* 1308. — 17) de ea pecunia?

amice nostre de Manesvet(1) sex forenses de reditibus nostris, vel duas Marcas in Uffterungen(2) quam diu vivit: ita tamen quod post obitum eius ad ecclesiam in Yldevelt ad remedium anime nostre et eius omnia libere revertantur. Item dedimus eidem ecclesie prefate duos mansos et unam curiam in Ebra maiori cum omni iure eorum, recipientes ab eisdem in concambio..... dimidium mansum ibidem et dimidium in Kulstede, quos Canonicis in Jecheborgk petentibus similiter in concambio dedimus pro allodio eorum in Husen et quibusdam agris prope Jecheborgk, in quibus nobis piscinam fecimus competentem. Item vendidimus eis in Ebra silvulam que vocatur Harle(3) pro sedecim Marcis, et aliam que dicitur Linde(4) pro decem Marcis, ut habeant ex eis ligna et pascua pro pecoribus suis in Ebra et allodio suo ibidem perpetuo possidendas. Anno MCCCII°. — Item recognoscimus, quod donavimus villam nostram Uffterungen cum iure patronatus illius ecclesie illis de Yldevelt cum bonis solutis et infeodatis, cum hominibus cuiuscunque fuerit conditionis ad ipsa bona pertinentibus, cum omni honore fructuum et libertate, sicut hucusque dinoscimur possedisse. Item villam nostram Schwende, etiam cum iure patronatus ecclesie et cum reditibus nostris videlicet duabus Marcis et quadraginta pullis et tribus forensibus avene annuatim dandis in remedium anime mee et fratris mei Heinrici et coniugum nostrarum Sophie et Jutte Monasterio Yldevelt absque omni contradictione iuris et facti perpetuo futuris temporibus hec omnia conferimus possidenda. Item unum mansum in minori Ebra et unam curiam ibidem, et dimidium mansum super Hegde, et dimidiam silvulam, quam Gerhardus de Kulstede a nobis habuit. Item unum mansum situm in Oweleben ad petitionem Herthwigi dicti de Elrich, civis in Northusen, quem cum filio filie sue donavit ecclesie B. Marie Virginis in Yldevelt, eidem nos appropriasse recognoscimus in hiis scriptis. Item tres mansos et dimidium: Item quatuor agros in Ebra sitos appropriasse nos recognoscimus, quos a nobis Echardus de Stussarte et patrui eius, scil. Guntherus, Echardus, Ludolfus, Echardus in feodo hactemus tenuerant, et ad manus nostras resignaverant, quos etiam ab eis Wernherus et Echardus dicti de Kulstede tenuerant eodem tytulo: sed ecclesie B. V. in Yldevelt libere vendiderunt perpetuo possidendos. Ne vero super predictis venditionibus, donationibus, concambiis, resignationibus, ap-

---

1) Mansfeld. — 2) Uftrungen (= Uf Tyrungen, Tyrungen superior, Ober-Tyrungen). — 3) Harte, Hart? — 4) Lindei?

propriationibus possit aliqua dubietas in posterum suboriri, presentem litteram sigillis nostris fecimus communiri. Datum anno domini M°CCC° quinto, in die sancte Lucie virginis.

---

§ 21. Litterae Comitum de Honstein. Act a. 1307. in die b. Martini Papae et Mart.

Ad precavenda futura litigia, que solent interdum in emptionibus et collocationibus generari, opus est ea que fiunt in tempore litterarum testimoniis perhennari. Hinc est quod nos Theodericus dei gratia Comes senior in Honstein una cum filiis nostris Heinrico, Theoderico, Elgero et Odalrico (1), Et nos Theodericus simul cum Ottone ac Heinrico fratribus nostris, filii Heinrici pie memorie quondam Comitis ibidem, recognoscimus publice per presentes, quod de pleno et unanimi consensu omnium heredum nostrorum vendidimus pro Marcis Octoginta Northusensis argenti nobis integraliter persolutis, et appropriavimus ecclesie beate Marie virginis in Ilevelt villam walrode cum agris, viis, inviis, pascuis, pratis, nemoribus, aquarum decursibus ac omnibus pertinentiis suis, et piscinam Tause (2) sibi proximam, eo iure quo pervenerunt hec ad nos a progenitoribus nostris, ab eadem Ecclesia, libere, iusto proprietatis titulo perpetuo possidenda. Preterea ob remedium animarum nostrarum nec non progenitorum nostrorum Jus patronatus parochie wapheleybin (3) donavimus Ecclesie predicte, quatenus id, sicut ad nos pervenit, possideat perpetuo pleno iure. Ceterum propter eandem causam bona mobilia, inmobilia, libera, feodalia, seu quocunque nomine censeantur, in villis videlicet minori wechsungen et Tummenwertere (4) sita, que comparavimus a nobilibus viris scilicet volrado et bertoldo fratre suo Canonico Halberstadensi dominis de Kranchvelt, donavimus et appropriavimus Ecclesie beate virginis antedicte. Testes premissorum sunt dominus Conradus plebanus in Elriche, Strenui viri Heinricus de wilrode, Henningus de blicherode milites, Borchardus de Aschozerode, ac

---

1) Ulricus C. de Honstein, praepositus eccl. S. Mariae Halberstad. — 2) = „Tanzteich“ postea appellarunt hanc piscinam, quo ex nomine fabula illa accolis nota ficta esse videtur. — Rectius hunc lacum appellabis „Tannsee“ s. „Tannensee“ lacum abietis s. abietum. — 3) Woffleben. — 4) = Gr. Werther. — Kl. Werther est Horwertere.

plures alii fide digni. Ut autem ea que premissa sunt, rata et inconvulsa in perpetuum perseverent, presentem litteram super hiis conscriptam sigillorum nostrorum appendiculis fideliter fecimus consignari. Acta sunt hec anno domini Millesimo Tricentesimo Septimo, in die beati Martini pape et Martiris.

---

§ 22. Litterae Bertoldi C. de Clettenberg, eccl. Halberstad. Canonici, d. 1269 (1) in vig. Jo. Bapt. v. *Leuckf.* A. I. p. 100.

(Bertoldus d. g. Canonicus maioris eccl. Halberstad., Dominus de Clettenberg, confirmat venditionem bonorum in Evera, a patruo suo Christiano factam apud Abbatem J. et Conventum in Ilveld, omni iuri suo de his bonis renuncians, ita tamen ut mater ipsius patrui sui, uxor fratris sui Comitis Conradi, haec bona possideat quam diu vivat. (2) D. Halberstad. a. d. 1269. in vig. Joh. Bapt.)

---

§ 23. Litterae Friderici Comitis de Clettenberg d. 1279. in vig. apostoll. Petri et Pauli.

Nos Fridericus dei gratia Comes de Clettenberg notum esse cupimus omnibus hanc litteram visuris, quod venditionem bonorum in Ebra apud abbatem et conventum in Ilvelt a* primo (3) nostro Christiano factam cum consensu et favore Henrici Monachi de Asneburg ac Lutrudis Canonisse ecclesie in Quedlingeburg ratam et firmam volumus observare, renunciantes omnibus iuribus a proprietate eorundem bonorum ad nos pertinentibus. Hoc presentibus duximus annectendum, quod ad instantiam et permotionem supradicti C. filii fratris nostri mansum situm in villa maiori Wechsungen, quem dominus Hildebrandus miles dictus de Sunthusen a nobis de feodo tenebat, ecclesie memorate appropriavimus quolibet iure, quod nobis in eo competere videbatur, eximie penitus renuntiantes. Datum Rebeningen anno domini MCCLXXIX. in vigilia apostolorum Petri et Pauli.

---

1) Rectius 1279. Cf. § 23. — 2) et uxor . . . possideant . . . vivant? — 3) privigno?

§ 24. Litterae Friderici Comitis de Clettenberg mutilae, s. a. et d.

(Fridericus Comes de Clettenberg cum consensu Christiani filii fratris sui donat unam de curiis suis „in Northusen,“ quam in feodo tenuerunt certi cives Nordhusenses, cum pleno dominii iure pro remissione peccatorum suorum ecclesiae S. Mariae virg. „in Ilvelt.“ —)

---

§ 25. Litterae Friderici Comitis de Clettenberg mutilae, s. a. et d.

(Fridericus Comes de Clettenberg una cum Christiano fratris sui filio, quinque marcis argenti ab abbate et conventu Ilfeldensi acceptis, ecclesiae Ilfeldensi concedit ac donat, quidquid habuit iuris ac dominii in tribus mansis, „in inferiori villa Rode,“ quos ecclesia Ilfeldensis habet „a domino Heydenrico milite et Conrado fratre suo de Bila“ etc.)

---

§ 26. Litterae Friderici Comitis de Clettenberg d. Kal. Jul. 1286.

Fridericus dei gratia Comes de Clettenberg universis presentem paginam inspecturis tenore presentium recognoscimus publice protestando, quod nos tres mansos in.....[1] minoris ville Wechsungen sitos cum universis suis pertinentiis tam intra villam quam extra quocunque censeantur nomine constituti, quos a nobis tenuerat Theodericus dictus de ipsa villa Wechsungen feudi titulo, et ipsos mansos ecclesie beate Marie virginis in Ilvelt pro quadam summa pecunie vendidit, eodem proprietatis titulo, quo nos, nostri quoque proavi ab antiquo possederant, prefate ecclesie tradimus perpetuo possidendos. In cuius donationis evidens testimonium presentem litteram fecimus conscribi et sigilli nostri munimine roborari. Datum anno domini MCCLXXXVI. Kalend. Julii.

---

1) campis.

§ 27. Litterae Heinrici Comitis de Kirchberg d. 4. Non. Dec. 1285. v. *Leuckf.* A. I. p. 58.

(Heinricus Comes de Kirchberg confert Abbati(1) et conventui ecclesiae b. Mariae virg. Ilfeld. mansos 1½ cum curia in Thaba(2) sitos, quos Henricus de Widermuthe ab ipso Comite iure feudi habuit, proprietatis titulo perpetuo possidendos. — Anno Dom. Inc. MCCLXXXV. IIII. Non. Decembr.)

---

§ 28. Litterae fratrum de Sundershusen (Sondershausen) d. 1288. feria 6. p. Barthol.

(Hermannus, Fridericus et Kunemundus de Sundirshusin fratres consentiunt, quod pater ipsorum Kunemundus pro remedio animae matris Juttae ecclesiae Ilfeldensi dedit mansum unum in villa Berga („situm Bergin"), qui ad allodium ipsorum pertinebat.)

---

§ 29. Litterae Johannis Abbatis Ilfeldensis ceterorumque arbitrorum, d. Northus. a. 1296. in die b. Clementis mart.

*(Elgerus [Comes de Honstein] Praepositus eccl. S. Crucis in Northusen et Mechtildis Abbatissa totusque conventus sanctimonialium Novi Operis extra muros ibidem confirmant litteras arbitrii, quas de iure eligendi Praepositum dictarum sanctimonialium dederunt Johannes Abbas Ilfeldensis(3), Wernerus Decanus eccl. S. Crucis Northusensis et Magister „Thidericus de Dasle" Canonicus eccl. S. Pauli

---

1) Falso ap. *Leuckfeld.* expressum est „Alberto". — 2) = Toba. — 3) Idem est inter testes in litteris eiusdem Elgeri Praepositi et Capituli ecclesiae S. Crucis in N. 1) datis a. 1294 prid. Non. Maii, de transferendo monasterio sanctimonialium ord. Cisterc. S. Nicolai in Bischoferode ad ecclesiam b. Mariae virg. veteris villae ante muros Northusanos (v. *Lesser* Hist. Nachr. v. Nordhs. p. 200 ss.). 2) a. 1295. 8. Kal. Nov., de capella desolata et loco „in Rossungen" Conventui Servorum S. Mariae virg. ordinis S. Augustini de Paradiso concessis ad instituendum ibidem monasterium (Horti coeli, Himmelgarten).

Halberstadens., electi ab Elgero Praeposito, et frater Henricus quondam Abbas in Rifenstein, Henricus Praepositus sanctimonialium in Lare et Fridericus Plebanus eccl. S. Blasii in Northusen, electi ab Abbatissa et Conventu arbitri. — Jus illud eligendi „remaneat apud Abbatissam et Conventum.“ — Magister Thidericus quondam Rector ecclesie S. Blasii in Northusen, electus a dominabus, maneat Praepositus, sed Bruno Canonicus Polidensis, electus ab Elgero, Praepositura se abdicat pro pretio aliquo. — Praepositus Novi Operis adsit in ecclesia S. Crucis anniversariis celebrandis Mechtildae reginae, fundatricis ecclesiae S. Crucis, Ulrici C. de Honstein b. m. Scholastici eccl. Halberstad., ipsiusque Elgeri etc. —)

---

§ 30. Litterae Theoderici Abbatis Ilfeld. d. 1304. 5. Kal. Jan.

*(Th. Abbas Ilfeld. testatur una cum Magistro Gotschalco Albo, quod 1 marca annuae pensionis in area, quam Kerstanus sartor dictus de Urbeche inhabitat, et 28 solidi ante novam viam extra muros civitatis Northusen, in quatuor areis (16 in duabus areis iuxta stupam Gotschalci dicti de Gasthus, 12 in duabus areis in pede montis) post obitum dicti Magistri, cuius sunt, ad Hedewigin Sifridi Albi relictam eorumque liberos devolventur. — In sigillo, quod appensum est, integro expressa est figura episcopi s. abbatis stantis ac dextera manu baculum (pedum), sinistra librum tenentis. Circum scripta sunt verba: SIGILLUM. ABBATIS. DE. HILEVELT. —)

---

§ 31. Litterae Theoderici Abbatis Ilfeldensis d. a. 1305.

*(Th.(1) Abbas Ilfeldensis exhibet litteras transscriptas Theoderici Comitis de Honstein de compositione facta per arbitros inter Reinoldum Praepositum, Abbatissam et

---

1) Thidericus dictus de Welrode (Wilrode) Abbas eccl. Ilfeld. v. litteras Alberti, filii Ducis Saxoniae, Praepositi, et Capituli ecclesiae S. Crucis in Northusen, datas a. 1305. 4. Kal. Apr., de Capella S. Margarethae ibidem (*Leuckf.* Ant. Walk. p. 110).

Conventum sanctimonialium veteris villae in Northusen ab una, et Consules et civitatem Northusenses ab altera parte. Dat. a. 1305. Sabbato ante Rogationes. — Dictae sanctimoniales duo molendina („Scherphmulle et Rotheleyme") et alia bona, quae nunc possident, libere et proprietatis titulo possidebunt etc. —)

---

§ 32. Litterae Comitum de Honstein. Act. et dat. a. 1309. 11. Kal. Nov.

*(Heinricus, Theodericus et Theodericus Comites de Honstein concedunt ecclesiae sanctimonialium Novi Operis in Northusen, ut libere possideat bona quaedam in campis villae „Belstete," quae tribuerunt dictae ecclesiae Borchardus de Aschazerode miles, frater eius Fridericus et patruus Borchardus. — Inter testes est „Theod. abbas Ilvelden.")

---

§ 33. Litterae Theoderici Abbatis Ilfeldensis dat. a. 1311. fer. 3. p. dom. Esto mihi.

*(Th. Abbas Ilfeldensis exhibet testimonium Meynheri cuiusdam de minore Wexungen de decimatione in Schade a dicto quodam Rolappe vendita ecclesiae in „Byschonerode" et a b. m. Henrico Comite de Honstein huic ecclesiae confirmata.)

---

§ 34. Litterae Bertholdi Abbatis Ilfeld. d. et act. a. 1319. in die b. Francisci confess. (?)

(Bertholdus Abbas Ilfeldensis testatur, se adsignare domino Ulrico de Thymerade „4 solidos et 2 pullos annuos apud quendam servum nomine Cirotecam," ita ut illis solidis et pullis ipse Ulricus et uxor eius fruantur, dum vivant, post mortem tamen ipsorum redeat hic census ad monaste-

---

1) Abbatissae et Conventui monasterii sanctimonialium anno 1294 Bischoferoda Nordhusam translati.

rium Ilfeldense. Testes sunt Burchardus de Oszoszerode (Ascazerode)(1), ipse Ulricus de Tymerade, Albertus de Tutchinrode, Hermannus de Arnswalt.)

§ 35. Litterae Theoderici de Lyphershusen d. 6. Non. Mart. 1329.

Ego Theodericus de Lypſshñ presentibus publice recognosco quod a venerabili domino.. Abbate Monasterii Yleveldensis et.. eius Conventu possideo unum Mansum in Campis ville Sachswerſen situm, duos forenses modios avene predictis dominis meis.. Abbati et.. Conventui in festo Beati Mychahelis dandos solventem annue pensionis, et unum Molendinum in eadem villa situm, mee Curie adiacens, dictis.. dominis duos solidos denariorum Northusensium in predicto termino dandos solvens similiter annue pensionis, perpetuo hereditatis iure quod Theutonice Tzuhegerschemerechte(2) nuncupatur, ita quod quandocunque Me aut unum heredum meorum ab hac luce disponente domino migrare contigerit, predictis dominis.. Abbati et.. Conventui de supradictis bonis videlicet de Manso duo forenses modii avene, de Molendino autem duo solidi denariorum Northusensium pro iustitia, que vulgariter Kormite(3) dicitur, ministrentur. Ut autem hec predicta per Me et.. meos heredes inviolabiliter observentur, presentem litteram sigillo strenui militis domini Borchardi de Aschozerode senioris sepe dictis dominis tradidi communitam. Testes huius sunt strenui milites dominus Borchardus de aschozerode senior predictus et dominus fridericus de holbach et alii quam plures fide digni. Et Nos.. Testes predicti supra dicto contractui sub sigillo meo videlicet Borchardi de aschozerode prescripti recognoscimus presentibus affuisse. Datum Anno domini M°CCC°XXIX°, VI° Nonas Marcii.

§ 36. Litterae Heinrici Comitis de Honstein mutilae s. a. et d.

(H. Comes de Honstein ecclesiae Ilfeldensi, a progenitoribus suis ad redimenda peccata et in honorem b. virginis

1) = Ascherode? — 2) Zu Hegerschem Rechte? — 3) Kornmiethe?

Mariae fundatae, donat ecclesiam in Hesserode [Hesserot] cum omni iure etc., ita ut ecclesia Ilfeldensis hanc ecclesiam administret [..„per vestros fratres idoneos officiari“...] et superfluos reditus eiusdem in suos usus convertat.)

---

§ 37. Litterae Friderici Decani ecclesiae Jechaburgensis d. a. 1315. prid. Id. Jul. v. *Leuckfeld.* A. I. p. 86. f.

(Fredericus Decanus eccl. Jecheburg. ratam habet permutationem ecclesiarum in Osterthaba et in Berge inter Praepositum Jecheburgensem (Eberhardum, ecclesiae Moguntinae Cantorem) et Ilfeldensem Abbatem (1) etc. factam, ita ut postea Praepositi Jecheburgenses (qui etiam ius patronatus ecclesiae in villa Westerthaba, quae proxime abest a villa Osterthaba (2), obtinent) ecclesiam in Osterthaba, Abbates Ilfeldenses ecclesiam in Berge conferendi ius habeant.)

---

§ 38. Litterae eiusdem Decani ceterorumque arbitrorum d. a. 1318. 4. Non. Jan. v. *Leuckf.* A. I. p. 83. f.

(Fredericus Decanus et Gotscalcus Canonicus ecclesiae, Officiales praepositurae Jecheburgensis, ex una, Meinardus in Jecha et Hartmodus, Archipresbyter sedis, in Grüzen (Greussen) ecclesiarum Plebani, ex altera parte arbitri electi cognita causa sententiam dicunt de iure patronatus ecclesiae parochialis in Schilffe, hoc ius adiudicantes Abbati et Conventui fratrum S. Joannis „in Wizzensee“ (Weissensee.)

---

1) Pro Abbate *Leuckf.* edidit: Dominus Albertus in Ilveld. — Eundem errorem tribus in locis litterarum sequentium admittit. — 2) In Archidiaconatus Jechaburgensis Sede 2. (Susra) sunt Toba major et Toba minor, in Sede 5. (Berga super.) Ilfeld, in 6. (Berga infer.) Berge. v. *Wenck*, Hess. Landesgesch. II, 2, 498.

§ 39. Litterae Henrici Archiepiscopi Moguntini d. a. 1333. 3. Id. Sept. v. *Leuckf.* A. I. p. 88. f.

(Henricus Archiepiscopus Moguntinus Abbati (1) et Conventui Ilfeldensi indulget, ut habeant in perpetuum pleno iure ecclesias parochiales in villis „Gruzen, Holzengilde, Veldengilde, Bercka, Belstete, Hesserode, Sunthusen, Girbuchesrode, Saxwerfen, Vockenrode“ (precibus adductus Henrici Comitis de Honstein, cuius progenitores, qui monasterium Ilfeldense fundaverunt, ac ipse et alii ecclesiae fautores ius patronatus dictarum ecclesiarum ecclesiae Ilfeldensi contulerunt), — ita ut „officietis easdem, per idoneas personas domus vestrae aut fratres, iure tamen archidiaconatus nostro per omnia nobis salvo, proventus ipsarum parochiarum in usus proprios (2) licite convertentes.“)

---

§ 40. Litterae Ludovici Abbatis et Conventus eccl. Ilfeld. Act. et dat. a. 1338. fer. 6. ante d. b. Udalrici.

Nos Lod. dei gratia Abbas, Henricus Prior Totusque conventus fratrum ecclesie sanctissime virginis in Yleveld Premonstratensis ordinis, nec non Theod. Officialis Jecheb. ecclesie prepositure atque Fred. de wolkramshusen dictus de Indagine miles Recognoscimus presentium in tenore, Quod vir discretus dominus Henr. de wolkramshusen nunc ecclesie novi operis prope muros Northusen. Prepositus curiam quandam intra muros civitatis Northusen., videlicet in monte sancti Petri iuxta curiam dotalem plebani ibidem sitam, nobis scilicet Abbati et conventui predictis pro censu annuo sedecim solidos monete Northusen. annuatim solventem, Prudentum virorum.. Consulum et civium Northusen. consensu accedente, erga providum virum Johannem de Elrich in Northusen civem suosque heredes ,pro decem et octo marcis warandie Northusen. iusta et perfecta emptione sibi comparavit tenendam et possidendam, quando advixerit, pacifice et quiete, cum censu tredecim solidorum, qui de duabus domibus adiacentibus derivatur, Proviso tamen ne idem

---

1) Albesao *Leuckfeldi* error est. — 2) Ita scribendum putavi pro verbis; „iura tam archidiaconi, quod nostro ..... in usus praepositos.“

dominus Henricus huius census occasione dictam curiam ipsius per easdem domus adiacentes querat seu possit ultra eius terminos nunc exn̄tes(1) aliqualiter ampliare. De hac quidem curia sua dictus dominus Henricus ad subportandum onera iam dicte Northusensis civitatis unum fertonem usualem loco exactionum et aliarum omnium servitutum de curia huiusmodi predicte civitati Northn̄ debitarum, exceptis vigiliis...., quas ipse dominus Henricus, prout de curia huiusmodi solite sunt vel fuerint, fieri procurabit, singulis annis vite sue temporibus in festo beati Michaelis dicte civitatis Consulibus ministrabit. Ipso autem domino Henrico defuncto nullus suorum heredum quidquam sibi iuris vel successionis in curia prenotata debebit aut poterit vendicare, sed solum Consules Northusenses, qui pro tempore fuerint, curiam eandem cum suis pertinentiis alicui suorum concivium vendent pro pretio quo poterint cariori, quod pretium seu pecuniam ipsi Consules.. illi vel illis cui vel quibus prefatus dominus Henricus donaverit seu assignaverit vel legaverit, dare debebunt, Vel saltem suis heredibus proximioribus, si ipsum dominum Henricum, quod absit, contingeret decedere indetestatum, Salvo quod per venditionem huiusmodi, quam si per cives contingerit, nichilominus nobis abbati et conventui prohabitis in censu vel iure nostro de prelibata curia debito nobis debeat quidpiam deperire. In quorum evidentiam pleniorem Nos abbas.. prior et ceteri fratres predicti sigillum nostri conventus, Nos vero Offcialis et miles prenominati sigilla nostra apposuimus huic scripto. Actum et datum anno domini M.°CCC.°XXXVIII. feria sexta ante diem beati Udalrici proxima.

---

§ 41. Litterae Gotfridi de Bula d. a. 1348. die sanctor. innocentum.

Ego Gotfridus de Bula miles et Castrensis in Hoinsteyn Recognosco publice in hiis scriptis, quod de consensu omnium heredum meorum de bonis meis, videlicet de tribus mansis in hauerungen, legavi perpetue duos forenses modios monasterio ylueldensi, ob salubre remedium anime mee, progenitorum et successorum meorum, singulis annis quolibet festo sancti michahelis predictos duos forenses siliginis dandos in refectorium predicti monasterii ibidem dominis

1) exstantes?

singulis ministrandos. In cuius testimonium evidens dedi hanc litteram sigillo meo sigillatam. Datum anno domini M°CCCXLVIII. in die sanctorum innocentum.

---

§ 42. Litterae Comitum de Honstein dat. a. 1350. in die purificat. b. virg. Mariae.

(Henricus et Bernhardus fratres, item Theodericus et Ulricus fratres, patrueles, Comites de Honstein („hoensteyn") testantur, quod ad instituenda anniversaria dominae Adelheidis de Schleswig („Adeleyd de Slezewich") b. m. uxoris Comitis dicti Theoderici de Honstein nuper defunctae, qualia fieri solent progenitoribus dictorum Comitum, fundatorum monasterii, donaverunt ecclesiae Ilfeldensi quatuor modios forenses tritici et hordei, annui census, quos dant Fridericus Brast et Nicolaus de Hamme de uno manso in villa Windehusen, uterque de dimidio manso unum modium forensum tritici et unum hordei.)

---

§ 43. Litterae Abbatis et Conventus Ilfeld. d. a. 1379 in die S. Priscae virg.

Nos Fridericus dei patientia Abbas ecclesie Ilveldensis totusque conventus ibidem Recognoscimus dilucide et ad notitiam omnium per presentes cupimus pervenire, Quod nostro unanimi consensu atque utilitate nostre ecclesie Ilveld. prefate honorabili viro domino Bertoldo de Morungen preposito et abbatisse totique conventui monasterii sanctimonialium Novi operis extra muros Northusenses pro decem marcis Northusensium denariorum iam nobis traditis et persolutis et in usus ecclesie nostre predicte integre conversis vendidimus unam marcam annui census perpetui, quam prefatis preposito, abbatisse et conventui singulis annis in quolibet festo natali domini de universis ecclesie nostre bonis, redditibus et censibus ad nos et nostram ecclesiam ubilibet spectantibus integraliter et fideliter dare et in opido Northusen nostro periculo debebimus et promittimus presentare, caristia, sterilitate agrorum, omni distensione, prescriptione, inhibitione iudicum quorumcunque secularium aut spiritualium seu quocumque alio impedimento non obstante, omni exceptioni doli mali, iuris vel facti, legis aut canonis, specialiter non solute, non numerate pecunie, non in usus no-

stre ecclesie prefate converse pecunie, restitutionis in integrum, accommodationis in fructum et que generalem renunciationem dicit invalidam, aut qua pensio pro rata temporis soluta posset in sortem computari, necnon litteris in gratiam impetratis vel impetrandis, publice per hoc scriptum presens integre renunciantes. Si vero nos, abbas et conventus Ilveld. prefati, ullo umquam tempore in solutione dicti annui census negligentes fuerimus vel remissi, extunc dampna interesse, et expensas, si quas vel que dictus prepositus, abbatissa et conventus monasterii Novi operis extra muros Northn̄ emptionis ante dicte occasione huiusmodi negligentie fecerint, hec et has ipsis absque omni dilatione et excusatione, cum moniti fuerimus, debebimus et bona fide promittimus una cum censu retardato integraliter restaurare, tali tamen optione nobis vendicantibus per emptores predictos amice in presentibus concessa, quod quocunque in anno decreverimus, prefatum annuum censum reemere potuerimus pro pecunia qua est emptus, solventes prius censum cum reemptione contingentem. In quorum omnium et singulorum evidens testimonium presentem litteram prenotatis emptoribus dedimus cum sigillis nostre abbatie et conventus Ilveldensis ecclesie fideliter communitam. Datum anno domini MCCCLXXIX. in die sancte Prisce virg.

---

§ 44. Litterae Comitum de Honstein d. a. 1385. in die S. Lamberti mart.

Wir Ulrich und Ditterich unse vetter von gots gnaden grafen und hern zu Honsteyn und unse erben alle bekennen uffentlich mit urkunde disses briffes, das wir mit wolvorbedachtem mute lutterlich durch got und durch sundere gunst und gnade willen, die wir haben zu dem closter zu Ylvelt, das unsre voreltern gestifft haben, und auch durch forderunge willen graf Frederichs von Wernigerode unsers liben ohemen, der itzund apt ist des closters zu Ylvelt, vorgeben haben und geben eygen und frei den vorgenanten hern Frederiche von Wernigerode apte des egenanten closters zu Ylvelt und der ganzen samlunge daselbst, das sie mogen bauen und bauen lassen zwischen dem egenanten closter Ylvelt und deme webershoffe, der da liet allirnest pobir dem dorffe die O und horet in das closter zu Ylvelt an dem tore, und* westend* wird uber dem rechten vorwergk, den bergk an wen an das holcz, als der rechte hoestigk

herusgehet von dem berge der da heist der gastbergk, von dem holcze glich nidder wan an die ecken des boumgarten vnd hart an dem boumgarten uff wen an den borgkbergk an das holcz, und harte unter dem borgkbergk hen vor dem holcze nidder wan an den weberhoff, also das der borgkbergk derussen blibet, und von dem weberhoffe ubir den wegk, also das gotshus von Ylvelt* westen wenden* glich da obirhin wan in die bera, die bera uff wan an das closter. In das flecke mogen die genanten apt und convent gesesze bauen und bauen lassen, und lute darin setzen, die yhn zu dinste und zu bothe stehin sullen. Und wir graffe Ulrich, graffe Ditterich vnser Son und graffe Ditterich unser vetter vorgenant und unse erbin alle obirgeben uns des mit gutem willen als hivor geschrebin steet in dissem offin briffe, das wir oddir unse erbin sollen noch enwollen nu noch in zukunfftigen iaren noch icheyner zid bete noch bote, dinst noch sture, [ichein geschosz](1) noch gerichte haben an den luten die daselbst buen odir sedelhaftig sint, sundern sie sollen mit allen rechte, dinste, bothe, bete und gerichte ewigklich folgen und dinen dem obgenanten closter zu Ylvelt und des closters rechten formunden. Mit disser selbigen wilkor und gabe disser fryeheit bestellen wir vorgenante graffe Ulrich, graffe Ditterich unser son und graffe Ditterich unser vetter unser und aller unser erben selgerete in dem egenanten closer zu Ylvelt, also die sammige gemeine unser sele nach unserm tode und unser erbin gedechtnisse habin sol alle iar mit vigilien und selmessen als das gewonheit ist unser eldern den stiftern des vorgenanten closters gedechtnis zu haldene. Ouch ensullen unsirs...... besessen lute vor das closter buen noch in das vorbeschriben fleck zyhen us unsern steten oddir sedilhaftigk weren, der guter hette in unserm gerichte, von den gutern sollen* derselbe tun(2) und unsern erbin alle dinste und gewonheit als man tede von andern gutern daselbis, die den gutern glich weren, nach* uszerzuinge(3) der gekorn des fleckes, da die guter legin. Ouch ensal ein apt oder ein vormunde des vorgenanten closters zu Ylvelt, noch die samlunge und nymants von....... das vorgenante flecke icheynerlei wys vorkouffen, vorsetzen oder vorgeben, es geschee den mit wissen und guden willen der herren von honsteyn, die das hus zu honsteyn inne hedten. Were es ouch das in demselben flecke ymandt wonete odir se-

1) Exemplum meum: ihren geheyss. — 2) dieselben tun uns? — 3) uszsagunge?

dilhaftigk were, der solche handlunge oder [narunge] übete, welcherlei die were, da der herschaft von honsteyn zol von gefallen solde, den zol solden die lute geben ane wedirrede glich andern luten, die in dem flecke nicht yn geseszin ane argelist und geverde. Das alle vor und nachgeschreben stucke und artickel disses briffes und fryeheit vestigklich und unverbrochen von uns und unsern erbin ewigklich gehaldin werden, haben wir vorgenante graffe Ulrich, graffe Ditterich unser son und graffe Ditterich unser vetter vor uns und unser erbin alles zu guter urkunde und rechten bekentenisse alle unse ingesigill und unser igklicher besunder an dissen uffen brif wissintlich und willigklich lassen hengen. Und wir graffe Heinrich zu Honstein herre zu Lohra bekennen mit dissen uffen briffe vor uns und unse erbin, das disse vorgeschribene fryeheit geteidinget und gegebin ist mit unserm wissen und gutem willen, und wir und unse erbin wullen alle stucke und artickel disses briffes stete und veste halden, wie wir des macht haben odir noch habende wurden, Des hengen wir ouch vor uns und unser erbin zum bekentenisse und merer sicherheit unser ingesigill wissentlich mit den ingesegeln unser vorgenanten vettern an dissen briff, Der gegebin ist nach gots geburt Driczenhundert iar darnach in dem funff und achtzigstem iare, am sancte lamprechtes tage des heiligen merterers.

---

§ 45. Litterae magistratuum civitatis Nordhusensis d. a. 1389. in vig. Pentecost.(1)

Wir Curt Rese vndt tyle schate Ratismeistere vnde die andern Radlute der stad czu northusen vnde darnest die vire von der gemeynde wegen berlt von blicherade, Ditrich walung, Hans von tuderstad vnde busse von werthere Bekennen vnde beczugen vffintlichin an dessem briue vnde tun kunt allin luten die on sehen, horen ader lesen, daz wir med wiszin vnde willin der czweyer Rethe die vor vns geseszin haben vnde der hantwerken meystere die yczunt med vns kegenwortlichin in die rethe gen, Deme erwerdigen in gote vather vnde herren hern Frederichen

1) male exscriptae in (Lesser) Hist. Nachr. v. Nordh. p. 100, cum falso etiam anni numero 1398.

yczunt abbet, her Heinr. prior vnde darnest die gancze samenunge des gotishuses vnde munsters vnsir liben vrowen czu ylfelt des ordens von premonstrie vnde allin oren nachkomen ewiclichin gefriget von allir bathe, die man vns vnde vnsir stad dar von getun muchte, vnde vorwechselet habin die hobestad die eteliche cziid wuste gelegen hat hindene an orme hoffe, den sie habin in vnsir egenanten stad northusen obene vor deme hayne, vnde habin on die gefriget vnde vorwechselet vmme desse nochgeschriben ewigen erbe czinse die der erwerdiger der von ereshusen or conuentualis vnde yczunt or kornmeyster bie vns czu northusen in deme genanten orme hoffe vnde herman von me angere or schultheysze von oren allin wegen dar czu gemechtiget, geschicket vnde gesant habin czu gerichte an des heyligen riches stule in vnse vorgen. stad northusen, die von orer allir wegen vnde von wegen aller orer nochkomen die noch geschriben erbe czinse williclichin habin vf gelaszin, alse wir des oren vffin vorsegelten brif habin, der daz teger vzwiset vnde vzsaget, vnde dieselbin erbeczinse dar inne ouch namhaft vnde an welchin steten die sint gelegen vorschrebin vnde gemachet habin. Czu deme ersten Kerstan mast vir schillinge. Happe wolff funf schillinge. Claus steynmetzen X schillinge vnde dry fastnacht hunre. Hans winrich IIII schillinge. Ditrich czimmerman der ruchin man IIII schillinge. Fritsche badung XVIII schillinge vnde vir michels hunre. Ditrich epschenrad IIII schillinge. Hans segemunt II½ schillinge. Heynrich Hafferung XIIII pheninge. Hans Roldesleyben XXVIII pheninge. Symon muller vnde Hans von me ryne eyne halbe marg, vz oren husen vnde geseszin, dar sie yczunt inne wanende sin, wan an desse cziid jerlichen on dar von gelanget habin, vnde wir habin on die genant hoffestad vor desse genant czinse hir vmme ewiclichin gefriget vnde vor wechselet, das wir nummer keyn recht mer dar ane habin sollen noch en wollin, vnde med nichte dar vone schoszin noch wachin noch keyne bathe vns vnde vnser nochkomen ewiclichin nummer mer dar von gebin noch tun sollen ane geferde, vnde wir genant Ratismeystere vnde die vire von der gemeynde wegen vorgenant haben on die genant hoffestad gefriget vnde vff gelaszin an gerichte an des genanten heylgen riches stulen czu northusen med solchen worten vnde in der allirbesten masze vnde formen alse daz gewerden mag von rechte vnde alse man erbe vnde eygen phleget vff czu laszinde vnde czu frygende, vnde wir genante Ratismeystere vnde die vire von der gemeynde wegen vorgenant habin med wiszin vnde willin vnde von geheyszes wegen des ratis,

der rethe vnde der hantwerken meystere gebeten den ersaman hern Helwigen von rotheleyben vczunt schultheyszen in vnsir vorgenanten stad northusen, daz her die obgenante hoffestad gefriget, ewiclichin geeygent vnde gelegen hat med vns vnde von vnsir wegen deme vorgenanten hern frederiche abbet, deme prior vnde Conuente gemeynlichin des munsters vnsir liben vrowen czu ylfelt vorgenant vnde allin oren nochkomen darselbest, also daz die selbe hoffestad vort me sal ewiclichin bliben vnde gefriget sin deme vorgenanten abbete, priore, conuente vnde gotishuse czu vnsir vrowen czu Ilfelt. Ouch sunderlichin ist bescheyden in dessem briue alse vme die genante halbin marg die vns von deme vorgenanten abbete, priore vnd conuente on den genanten Symon müller vnde Hanse von me ryne bewiset ist, die sie vns jerlichin vnde gebin sollin von der mullen vnde deme lande med namen vir morgen vnde von allir czugehorunge die dar czu gehoret, vnde an derselben mullin daz genante gotishus ouch noch eyne halbe marg czinses behaldin, daz wir czu vnseme czinse in allir masze vnde glich alse fele rechtis weder mer noch mynner danne alse sie czu orme czinse sollin habin, des czu gebruchinde, es were an lenrechte ader an keynen andern dingen, wie daz komen muchte, vnde wir noch unse nochkomen sollin noch en wollin on dar nicht in legen in czukunftigen cziten in keyne wis vz gesloszin alle geferde vnde argelist. Datum nostro sub sigillo magno anno domini M°CCC°LXXXIX. in vigilia pentecost.

---

§ 46. Litterae Abbatis et Conventus Ilfeldens. d. a. 1407. d. lun. p. circumcis.

Wir Frederich von Rusteberg von Gotis gnaden apt, Conrad clemens prior, Johannes lyndeman Custer, wernherus Husman houemeyster czu Northusen vnd die gancze samenunge dez Closters vnd goteshus czu ylfelt Bekennen uffenlich an desme keynwerdigen briffe vor vns vnde alle vnse nachkomen, daz wir mit wolbedachten mute vnd gudeme vorrate vmme dez genante vnses gotishus nucz wllen wir vorlegin vnd Erbeklych vortan habin funff hube arthafftis landis, die gelegin synt vor der stad northusen in dem flure vnd velden darselbis vnd in dem velde vnd flure czu steynbruckin, mit alle der czugehorunge die dar czu gehorit vnd von alder dar czu gehort had, es sie holczmarke, wyde wachs, wese wachs odir wie daz genant were, den

armen' luten die phrunde habin vnd noch phrunde gewinnen in sente mertins spetale czu Northusen gelegin vor deme sunthusen thore vnd von orint wegin hanse vnd symon segemunden gebruderen, stifftern des egenannten spetals vnd oren vormunden die on gesacczit werdin von den genanten hanse vnd symone vnd oren nachkomen der genanten armen lute vormunden, Also daz sie vns vnd vnsen nachkomen jherlich dar vone gebin sullin achte marcscheffil hartis kornes, weyszin, Rockin vnd gersten, der obgenanten funff hube landis vnd alle orir czu gehorunge als vorgeschrebin sted gelobin wir dy genanten arme lute ore vormunde vnd alle ore Nachkomen wol czu werne ewiclich vor allir ansprache, wie on die Entsteen mochte, von keynerleye luten sie weren geystlich odir wertlich, vnd were daz on dicheynirleye ansprache Entstunde von der obgenanten funff hube vnd orer yngehorunge wegen, von weme die gesche, ez were an bete, an dinste, an bote adir welchirleye die bete adir ansproche gesie mochte, so sullen wir vns die annemen, vnd sie der Entledigen vnd schadelos haldin, wan vnd wie dicke des not gesche, ane alle wedir sproche vnd behelffunge, dez Czu orkunde vnd ganczir sichirheyt habin wir vnsir Eptie vnd der samenunge Insegil bede an dissen uffen breff laszen hengen, Der gegebin ist nach vnses herren gebort vyrczehenhundirt Jar darnach ymme sebinden Jare am mantage nach Circumcisionis domini.

---

§ 47a. Litterae Gregorii XII Papae (d. a. 1408. 3. Non. Jul.) in causa Mon. Ilfeld. adv. Comites Schwarzburg.

*Gregorius episcopus servus servorum dei Venerabili fratri .. Episcopo Ferentinat. et dilectis filiis .. Herbipolensis ac .. beate Marie Halberstadensis ecclesiarum Decanis Salutem et apostolicam benedictionem. Petitio dilectorum filiorum .. Abbatis et Conventus Monasterii in Ilveld, Premonstratensis ordinis, Maguntin. diocesis nobis exhibita continebat, quod olim pro parte sua felicis recordationis Bonifacio Pape VIIII (1) predecessori nostro exposito, quod licet ipsi etiam a tanto tempore, cuius contrarii memoria non erat, fuissent in pacifica possessione vel quasi duarum Grangiarum sive Curiarum, quarum una in Engilde et alia

---

1) *B.* IX a. 1389. Nov. — 1404. Oct.

Ebra communiter appellantur, cum earum pertinentiis, nec non ducentorum Mansorum et quorundam agrorum, silvarum, Ceduarum, vinearum, pratorum et aliorum bonorum immobilium in eadem diocesi consistentium tunc expressorum, nec non annuarum pensionum et quorumdam aliorum fructuum, redituum et proventuum ac iurisdictionum, valentium Tria Milia florenorum auri de Camera annuatim, que etiam ad ipsum Monasterium......... pertinebant...................... Henricus et Guntherus Comites de Swarzpurg dicte diocesis, associatis sibi Henrico Kraborn, Hermanno Obelacker, Bertoldo Steyn, Wernero Houeman, Johanne pi dem bouendale(1), Thiderico Ludosto(2) et Radulpho Isenache laicis dicte diocesis, ac quibusdam aliis complicibus suis in hac parte de Anno domini Millesimo Trecentesimo Nonagesimo ......o Abbatem et conventum supradictis bonis communiter spoliassent ipsaque extunc detinuissent et occupassent, ac detinerent indebite occupata, requisiti quoque dicti Comites, ut ab huiusmodi occupationibus et detentionibus desisterent, ipsosque Abbatem et Conventum eisdem bonis libere uti et gaudere permitterent, hoc similiter cum facere de facto denegassent................................ predicti Comites, sed mala malis accumulando proprie salutis immemores Fredericum de Banck, Henricum de Vallen et Conradum Sassen, Conversos Monasterii predicti, ausu sacrilego invasissent, manusque in eos ausu sacrilego iniecissent temere violentas, ipsosque capi et diris carceribus per nonnulla tempora crudeliter d.. ....(3) captivationes, incarcerationes et detentiones excommunicationis sententiam in tales a canone generaliter promulgatam damnabiliter incurrendo, quodque ipsi Comites et laici violenter compulissent Hermannum Windehusen in Marcgruzen, et Siboldum Wultur in Clingen dicte diocesis ecclesiarum Rectores, que quidem ecclesie dicto Monasterio .... ipsorum Comitum, unde prefati Rectores in expensis adeo gravabantur, quod census debitos ratione ecclesiarum predictarum eisdem Abbati et Conventui solvere non valebant, et etiam ipsos Abbatem et Conventum ac Rectores in libertatibus eorum multipliciter opprimerent, et illas supprimerent, et eisdem Abbati et Conventui alias .... iniurias irrogassent et irrogare non cessarent in ipsorum Abbatis et Conventus non modicum preiudicium et gravamen, propter que etiam ipsi

---

1) s. in dem bovendale. — 2) s. Lindeschen. — 3) detineri iussissent, per easdem?

Abbas et Conventus ad tantam paupertatem devenissent, quod plerique Monachi predicti Monasterii cogerentur extra Monasterium predictum miserabiliter exulare, prefatus predecessor causam huiusmodi dilecto filio.......................... Capellano sedis apostolice et Auditori causarum palatii apostolici ad instantiam dictorum Abbatis et Conventus audiendam commisit, et fine debito terminandam. et deinde cum prefatus Auditor se ab eadem Curi absentasset, dictus predecessor Venerabili fratri nostro Brande Episcopo Placentino tunc Capellano sedis et Auditori causarum palatii................ .... dicti Johannis Auditoris ad eandem Curiam commisit audiendam, nec non successione predicto predecessore sublato de medio, pie memorie Innocentius papa VII (1) eiusdem predecessoris immediatus successor etiam predecessor noster omnibus Auditoribus causarum dicti palatii commisit, ut omnes et singulas causas, quas ex commissionibus eiusdem Bonifacii predecessoris .... tempore obitus dicti Bonifacii predecessoris coram eis remanserant, resumerent illasque ulterius audirent, et fine debito terminarent iuxta tenorem commissionum factarum eisdem, coram quo quidem Episcopo tunc Auditore Magistris Rutgero Balhorn procuratore Abbatis et Conventus, et Jacobo de Subinago, substituto per Magistrum Conradum Breyczofer (?) .... predictorum, prout ad hoc idem Conradus ab eisdem Comitibus et laicis sufficiens mandatum habebat, et dicto Episcopo tunc Auditori legitime constabat in iudicio comparentibus, et per eundem Rutgerum quodam dato libello petitorium et possessorium continente, dicto Jacobo tunc aliquem libellum dare non curante, pro parte sua in causa huiusmodi................. hoc dato prefatus Rutgerus coram eodem Episcopo tunc Auditore in iudicio comparens, petitorium in huiusmodi causa intentatum suspendit, et voluit duntaxat in solo possessorio procedi, postea vero Rutgero et Jacobo predictis coram eodem Episcopo tunc Auditore in iudicio comparentibus, liteque per eos legitime contestata, ac de calumnia et de veritate dicenda in ipsius Episcopi tunc Auditoris presentia pro parte sua prestitis iuramentis et per eundem Rutgerum nonnullis positionibus et articulis traditis, dicto Jacobo tunc aliquos positiones et articulos dare non curante, pro parte sua in huiusmodi possessorii causa in terminis ad hec prefixis, predictus Episcopus tunc Auditor ad instantiam prefati Rutgeri, eidem Jacobo coram

1) Innocentius VII a. 1404. Oct. — 1406. Nov.

eo iudicio constituto ad respondendum dictis positionibus et dicendum contra eosdem articulos quitquit vellet, certum terminum peremptorium competentem assignavit, in quo dictus Rutgerus coram eodem Episcopo tunc Auditore in iudicio comparens predicti Jacobi non comparentis contumaciam accusavit, dictusque Episcopus tunc Auditor ad instantiam dicti Rutgeri prefatum Jacobum ad producendum et per alteram partem produci videndum omnia iura et munimenta quibus partes ipse in huiusmodi possessorii causa uti vellent, per quendam Cursorem dicte sedis citari fecit ad certum terminum peremptorium competentem, in quo predictus Rutgerus coram eodem Episcopo tunc Auditore in iudicio comparens prefati Jacobi non comparentis contumaciam accusavit, et in eius contumaciam nonnulla litteras autenticas, instrumenta publica aliaque iura et munimenta, quibus uti voluit, pro parte sua in huiusmodi possessorii causa produxit, dictusque Episcopus tunc Auditor ad instantiam predicti Rutgeri prefati prefatum Jacobum ad dicendum contra huiusmodi producta quitquid vellet, per quendam Cursorem dicte sedis citari fecit ad certum terminum peremptorium competentem, in quo predictus Rutgerus coram eodem Episcopo tunc Auditore in iudicio comparens, ipsius Jacobi non comparentis contumaciam accusavit, et deinde predictus Innocentius predecessor causam huiusmodi quondam Bertrando de Arnassano Capellano sedis et Auditori causarum palatii predictorum ex certis causis audiendam commisit, et fine debito terminandam, coram quo Rutgero et Jocobo predictis in iudicio comparentibus ipsoque Rutgero in huiusmodi possessorii causa concludi petente, prefatus Bertrandus Auditor cum eodem Rutgero in huiusmodi possessorii causa concludente concludit et habuit pro concluso in termino ad hoc dato, tandem vero Rutgero et Jacobo prefatis coram eodem Bertrando Auditore in iudicio comparentibus, ipsoque Rutgero diffinitivam sententiam in huiusmodi possessorii causa ferri petente in certa die ad hoc prefixa dictus Bertrandus Auditor, visis et diligenter inspectis omnibus et singulis, actis actitatis, habitis et productis in huiusmodi possessorii causa, ipsisque cum diligentia recensitis et examinatis, ac facta super hiis omnibus Coauditoribus suis causarum dicti palatii relatione plenaria et fideli de ipsorum Coauditorum consilio et assensu per suam diffinitivam sententiam pronuntiavit, decrevit et declaravit, prout hec omnia in dicto libello petita fuerant, spoliationes, occupationes, invasiones, incarcerationes et denegationes predictas fuisse et esse illicitas, indebitas, temerarias et iniustas ac de facto presumptas, necnon huiusmodi Abbatem et Conventum ac

Monasterium ad Grangias sive Curias, Mansos, silvas, prata, iurisdictiones et iura, ac exercitium huiusmodi, necnon ad iura percipiendi pensionem ac fructus, redditus et proventus antedicta, et ad possessionem omnium premissorum in eo statu, in quo tempore spoliationum huiusmodi fuerant, restituendos et reintegrandos fore, ac restituit et reintegravit, ipsosque Comites a Grangiis sive Curiis, Mansis, Agris, pratis, silvis et eorum occupationibus et detentionibus ac iuribus predictis amovendos fore, et amovit, necnon ipsis Comitibus super spoliationibus, occupationibus, denegationibus, captivationibus, incarcerationibus, detentionibus et aliis damnificationibus supradictis perpetuum silentium imponendum fore, et imposuit, necnon eosdem Comites in huiusmodi fructibus, redditibus, proventibus, pensionibus et obventionibus a tempore invasionum et spoliationum huiusmodi si extabant, alioquin in eorum vero valore, quem ad predicta damna ad summam duodecim Milium florenorum auri de Camera taxaverat, condemnandos fore, et condemnavit, ipsosque Comites et laicos et eorum quemlibet propter eandem iniectionem manuum in Conversos predictos, necnon huiusmodi captivationem, incarcerationem et detentionem fuisse et esse excommunicatos, ac excommunicandos denuntiandos fore, et pronuntiavit, ac ipsos Comites et laicos et eorum quemlibet in expensis coram eo in huiusmodi causa legitime factis condemnandos fore, et condemnavit, ipsarum expensarum taxatione sibi in posterum reservata, a qua quidem diffinitiva sententia pro parte dictorum Comitum et laicorum fuit ad sedem appellatum eandem, dictusque Innocentius predecessor causam appellationis huiusmodi venerabili fratri nostro Jacobo Episcopo Aquilañ. qui tunc de mandato eiusdem Innocentii predecessoris locum tenebat unius ex Auditoribus causarum dicti Palatii audiendam commisit et fine debito terminandam, qui ad instantiam dicti Rutgeri coram eo in iudicio comparentis prefatum Jacobum de Subinago ad dandum et recipiendum libellum in causa huiusmodi per quendam dicte sedis Cursorem citari fecit, ad certum terminum peremtorium competentem, in quo predictus Rutgerus coram eodem Jacobo Episcopo et Auditore in iudicio comparens prefati Jacobi de Subinago non comparentis contumaciam accusavit, quodam per eundem Rutgerum in huiusmodi possessorii causa dato libello, postea vero Rutgero et Jacobo predictis coram eodem Jacobo Episcopo comparentibus in iudicio, liteque per eos legitime contestata, prefatus Jacobus Episcopus ad instantiam Magistri Henrici de Gherpstede procuratoris dictorum Abbatis et Conventus una cum eodem Rutgero in solidum constituti, ita quod non

esset melior conditio occupantis coram eo in iudicio comparentis, prefatum Jacobum de Subinago ad prestandum, et per alteram partem prestari videndum iuramentum de calumnia et de veritate dicenda, in causa huiusmodi per quendam Cursorem dicte sedis etiam citari fecit ad certum terminum peremptorium competentem, in quo Henricus procurator coram eodem Jacobo Episcopo in iudicio comparens ipsius Jacobi de Subinago non comparentis contumaciam accusavit, et in eius contumaciam predictum in ipsius Jacobi Episcopi presentia pro parte sua in causa huiusmodi prestitit iuramentum, et deinde Henrico procuratore et Jacobo de Subinago predictis, coram eodem Jacobo Episcopo in iudicio comparentibus, traditisque per eos nonnullis positionibus et articulis, ipsisque contra eosdem positiones et articulos aliquas exceptiones dare non curantibus, et per eundem Henricum procuratorem nonnullis litteris autenticis, instrumentis publicis aliisque iuribus et munimentis, quibus uti voluit, productis, dicto Jacobo de Subinago tunc aliqua iura producere, nec contra producta huiusmodi partis sibi adverse aliquas exceptiones dare curante, pro parte sua, in causa huiusmodi in terminis eis ad hec datis, predictus Jacobus Episcopus ad instantiam prefati Henrici procuratoris eundem Jacobum de Subinago ad concludendum et concludi videndum in causa huiusmodi vel dicendum causam rationabilem, quare in ea concludi non deberet, per quendam dicte sedis Cursorem citari fecit, ad certum terminum peremptorium competentem, in quo dicto Henrico procuratore coram eodem Jacobo Episcopo in iudicio comparente, et predicti Jacobi de Subinago non comparentis contumaciam accusante, et in eius contumaciam in huiusmodi causa concludi petente, memoratus Jacobus Episcopus reputans eundem Jacobum de Subinago, quo ad actum huiusmodi, prout erat merito, contumacem, in eius contumaciam cum dicto Henrico procuratore in huiusmodi causa concludente conclusit et habuit pro concluso. Postmodum vero eisdem Henrico procuratore et Jacobo de Subinago coram eodem Jacobo Episcopo in iudicio comparentibus, ipsoque Henrico procuratore diffinitivam in huiusmodi causa sententiam ferri petente in certa die ad hec prefixa, prefatus Jacobus Episcopus, visis et diligenter inspectis omnibus et singulis actis actitatis, habitis et productis in causa huiusmodi, ipsisque cum diligentia recensitis et examinatis, ac facta super hiis omnibus Auditoribus causarum dicti palatii relatione plenaria et fideli de ipsorum Auditorum consilio et assensu per suam diffinitivam sententiam pronuntiavit, decrevit et declaravit, per eundem Bertrandum Auditorem in causa huiusmodi bene fuisse et esse

processum, sententiatum et diffinitum, ipsiusque sententiam antedictam confirmandam fore, et confirmavit, et pro parte dictorum Comitum et laicorum ab eadem sententia dicti Bertrandi Auditoris male fuisse et esse appellatum, necnon supplendo dictam sententiam predicti Bertrandi Auditoris easdem violentias, compulsiones et iniurias per ipsos Comites et laicos eisdem Abbati et Conventui ac Monasterio tam coniunctim quam divisim occasione Grangiarum, agrorum, silvarum et aliorum bonorum in huiusmodi causa deductorum, et equorum pabulatione circa predictas ecclesias factas et prestitas fuisse et esse temerarias, illicitas et iniustas ac de facto et contra libertatem ipsarum ecclesiarum presumptas, ipsisque Comitibus et laicis, ne de cetero consimiles violentias, compulsiones, iniurias ac pabulationes facerent, inhibendum fore, et inhibuit, ipsasque ecclesias in pristinam libertatem quo ad compulsiones et pabulationes huiusmodi restituendas fore, et restituit, ac Comitibus et laicis predictis super violentiis, compulsionibus, iniuriis ac pabulationibus prefatis perpetuum silentium imponendum fore, et imposuit, dictosque Comites et laicos propter easdem iniectionem manuum violentarum in Conversos predictos, ac captivationes, detentiones et alias iniurias huiusmodi fuisse et esse sacrilegos et ut tales fuisse et esse denunciandos, ac denuntiavit, necnon ipsos Comites et eorum quemlibet occasione compulsionum, iniuriarum, violentiarum et compabulationum predictarum prefatis Abbati et Conventui ac Monasterio in Mille florenis auri de Camera et in expensis coram eo in huiusmodi causa legitime factis, necnon etiam ipsos Comites in fructibus a tempore dicte late sententie ex Grangiis, Mansis, Agris, silvis et bonis predictis perceptis condemnandos fore, et condemnavit, ipsarum expensarum taxatione sibi in posterum reservata. Cumque a prefata sententia ipsius Jacobi Episcopi pro parte Comitum et laicorum predictorum ad sedem appellatum fuisset antedictam, prefatus Innocentius predecessor causam ultime appellationis huiusmodi bone memorie Johanni sanctorum Cosme et Damiani diacono Cardinali audiendam commisit et fine debito terminandam, coram quo Henrico procuratore et Jacobo de Subinago predictis in iudicio comparentibus, et per quemlibet ipsorum quodam dato libello, liteque per eos legitime contestata, ac de calumnia et de veritate dicenda in ipsius Cardinalis presentia prestitis iuramentis, traditisque per eos nonnullis positionibus et articulis, et contra eosdem positiones et articulos quibusdam exceptionibus hinc inde datis, productisque per eos nonnullis litteris autenticis, instrumentis publicis aliisque iuribus et munimentis, quibus partes ipse

uti voluerunt, et per eos contra producta huiusmodi quibusdam exceptionibus utrinque exhibitis pro parte sua in causa huiusmodi in terminis eis ad singulos actus huiusmodi successive prefixis, ac postea etiam dicto Innocentio predecessore, sicut domino placuit, sublato de medio, Nos divina favente clementia ad apicem summi apostolatus assumpti omnibus Auditoribus causarum dicti palatii, et etiam aliis Iudicibus in eadem Romana Curia constitutis commisimus, ut omnes et singulas causas, quas ex commissionibus dicti Innocentii predecessoris audiebant, in eo statu, in quo tempore obitus eiusdem Innocentii predecessoris remanserant coram eis, resumerent, illasque ulterius audirent et fine debito terminarent, iuxta tenores commissionum eis factarum per Innocentium predecessorem antedictum, Et deinde predictis Henrico procuratore et Jacobo de Subinago coram eodem Cardinali in iudicio comparentibus, ipsoque Henrico procuratore in huiusmodi causa concludi petente, memoratus Cardinalis cum eodem Henrico procuratore in huiusmodi causa concludente conclusit, et habuit pro concluso in certo termino eis ad hoc dato, et tandem eisdem Henrico procuratore et Jacobo de Subinago coram ipso Cardinali in iudicio cōmparentibus, dictoque Henrico procuratore diffinitivam in huiusmodi causa sententiam ferri petente in certa die ad hoc prefixa, sepedictus Cardinalis visis et diligenter inspectis omnibus et singulis actis, actitatis, habitis et productis in causa huiusmodi, ipsisque cum diligentia recensitis et examinatis, communicato super hiis Consilio cum peritis, per suam diffinitivam sententiam pronuntiavit, decrevit et declaravit, per eundem Jacobum Episcopum in huiusmodi causa bene fuisse et esse precessum, sententiatum et diffinitum, ipsiusque sententiam antedictam confirmandam fore, et confirmavit, et pro parte dictorum Comitum et laicorum ab eadem sententia ipsius Jacobi Episcopi male fuisse et esse appellatum, ipsosque Comites et laicos in fructibus ex dictis Grangiis sive Curiis, Mansis, pratis, agris, silvis ac bonis et rebus aliis a tempore dicte late sententie ipsius Jacobi Episcopi citra perceptis, necnon in expensis coram eo in huiusmodi causa legitime factis condemnandos fore, et condemnavit, ipsarum expensarum taxatione sibi imposterum reservata. Et subsequenter nos dilectis filiis Magistris Hermanno Olberg, ut illud super Bertrandi Auditoris, et coram eo, et Jacobo de Camplo, ut illud coram Jocobo Episcopo, et coram ipso, necnon Thome de Amelia, Capellanis nostris et Auditoribus causarum dicti palatii, ut illud super Cardinalis predictorum sententiis huiusmodi confecta instrumenta publica sigillarent, et etiam

illas coram eodem Cardinali factas expensas huiusmodi taxarent, ex certis causis duximus committendum, coram quo quidem Hermanno Auditore Magister Tilmannus de Oetsteyn procurator dictorum Comitum et laicorum per eundem Jacobum de Subinago tanquam dominum litis huiusmodi constitutum in iudicio comparens, quoddam sue procurationis mandatum in huiusmodi causa produxit, ac tandem Henrico procuratore et Tilmanno predictis, coram prefatis Hermanno et Jacobo de Camplo ac Thoma Auditoribus successive in iudicio comparentibus, dictoque Henrico procuratore expensas huiusmodi taxari petente, Hermannus videlicet coram Bertrando Auditore in Quadraginta, et Jacobus de Camplo coram Jacobo Episcopo in Triginta, necnon Thomas Auditores prefati coram Cardinali predictis factas expensas huiusmodi in vigintiquinque florensis auri de Camera boni et iusti ponderis successive providis moderationibus taxaverunt, ipsius Henrici procuratoris super omnibus predictis expensis iuramentis secutis, prout in predictis et quibusdam aliis instrumentis publicis inde confectis, ipsorum Hermanni et Jacobi de Camplo ac Thome Auditorum sigillis munitis dicitur plenius contineri. Nos itaque eorundem Abbatis et Conventus supplicationibus inclinati, que super hiis a predictis Cardinali Jacobo Episcopo, Bertrando, Hermanno, Jacobo de Camplo et Thoma Auditoribus proinde facta sunt, rata habentes et grata, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus vos vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios premissa executioni debite demandantes, dictasque sententias ubi et quando expedire videritis, auctoritate nostra solenniter publicantes, eosdem Abbatem et Conventum ad corporalem possessionem Grangiarum, pratorum, Mansorum, silvarum, iurisdictionum, necnon perceptionem pensionum, fructuum, redditum, proventuum, emolumentorum, iurium et aliorum bonorum predictorum, amotis exinde dictis Comitibus et laicis, in statu predicto, in quo ante spoliationem huiusmodi fuerant, ut prefertur, auctoritate predicta restituatis et reintegretis, ipsos restitutos et reintegratos, donec causa proprietatis terminata fuerit, defendatis, facientes eisdem Abbati et Conventui de ipsorum Grangiarum, pratorum, Mansorum, silvarum, iurisdictionum et aliorum bonorum fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis predictis integre responderi, ac de duodecim Milibus, in quibus dicti Comites duntaxat in prima, et Mille ac fructibus per eos perceptis exinde a tempore prime late sententie, in quibus in secunda, ac fructibus per eos exinde perceptis a tempore secunde late sententie, quibus in Tertia sententiis predictis Comites prefati con-

demnati fuerunt, ut prefertur, ac etiam de aliis florenorum summis huiusmodi, pro dictis expensis, iuxta ipsorum instrumentorum earundem condemnationum et taxationum tenores plenam et debitam satisfactionem impendi, et nichilominus eosdem Comites et Laicos tandiu excommunicatos et sacrilegos auctoritate predicta denuntietis, et per alios publice denuntiari faciatis, donec passis iniuriam satisfecerint, et cum tuarum testimonio litterarum ad sedem apostolicam venerint absolvendi, Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum Luce III. Non. Julii. Pontificatus nostri Anno Secundo.

---

§ 47 b. Litterae Brandani de C., Auditoris apostolici etc., in eadem causa (c. 1400), v. *Leuckf.* A. I. p. 105.

(Brandanus de Castillion U. I. D., Archipresbyter etc., domini Papae Capellanus et sacri Palatii Apostolici Auditor, testatur, se recepisse a domino Bonifacio Papa supplicationem Abbatis et Conventus monasterii Ilfeldensis de grangiis et curiis nonnullis in villis Engelde et Ebra cum suis pertinentiis, ipsis a Comitibus Schwarzburgensibus per iniuriam ereptis etc., simulque iussum esse, ut cognoscat hanc causam. In ius itaque vocat vexatores illos, addito monitu, ut damna illata Ilfeldensibus resarciant sub poena excommunicationis etc.)

---

§ 47 c. Litterae Joannis Cardinalis s. Tertia sententia in eadem causa, d. a. 1408. d. 18. m. Jan.

(Johannes Cardinalis, Iudex et Commissarius Apostolicus tertia sententia pro Abbate Ilfeldensi etc., huius Abbatis procuratore Henrico de Gerpstede rogante, reiicit appellationem Comitum de Schwarzburg et Consortium de iudicio Jacobi Episcopi. Dat. et act. Senis a 1408. d. 18. m. Jan.)

---

§ 47 d. Litterae Thomae Auditoris apostolici de expensis certis in eadem causa, d. a. 1408. d. 6. m. Jun.

(Thomas Auditor apostolicus 25 florenos solvendos in causa Abbatis et Conventus Ilfeldensis contra Henricum et

Guntherum Comites Schwarzburgenses et 7 laicos definit, rogante M. Henrico Gerbstede, monachorum Ilfeldensium procuratore. Dat. Lucae in ecclesia S. Johannis a. 1408. d. 6. m. Jun.)

---

§ 48. Litterae Petri Tusculani Episcopi, Poenitentiarii ap. etc., d. Kal. Mai. 1410. v. *Leuckf.* A. I. p. 106. s.

(Petrus Episcopus Tusculanus Poenitentiarius apostolicus cum collega Antonio Episcopo Portuensi Abbati Walkenredensi mandat, ut Fridericum Abbatem, monachos et conversos Ilfeldenses absolvat, quod, ignorantes privilegium, a sede apostolica olim ordini et monasterio ipsorum concessum, esse revocatum, tempore quo civitas et dioecesis Moguntina ecclesiastico interdicto subiecta erat, scientes divina celebraverint officia etc. — Dat. Bonon. Kal. Mai. Pontificatus Alexandri V. P. anno primo. —)

---

§ 49. Litterae Antonii Episcopi Portuensis, Poenitentiarii ap., d. a. 1410. 3. Kal. Jul.

(Antonius Episcopus Portuensis, Poenitentiarius Joannis XXIII. Pont. Max. mandat Abbati Walkenredensi, ut absolvat Fridericum Abbatem, monachos ac conversos Ilfeldenses a censuris ecclesiasticis et ab excommunicatione, in quas incidisse videri possint hoc casu. Ipsi enim capellam in Gerbukesrode monasterio suo incorporatam, propter praedones ibi commorantes ac rusticos multis iniuriis, vi ac caede vexantes, cum licentia Pontificis maximi destruere ac pro ea aliam capellam alio magis idoneo loco condere voluerant. Quum autem in eo essent, ut aram destruerent, repente et per miraculum tres sanguinis guttae visae sunt in veste operarum unius, quamvis illaesus esset homo et non vulneratus, nec quisquam sciret, unde venerit ille sanguis. Monachi Ilfeldenses inde perterriti rem, quam religioni sibi ducebant, ad Poenitentiarios Papae, Antonium Episc. Port. et Petrum Episc. Tuscul., retulerunt etc. — Dat. Bonon. III. Kal. Jul., Pontificatus Joannis XXIII.(1) a. primo.)

---

1) In exemplo meo perperam scriptus est numerus XIII. — Mortuus est Alexander V. P. M. d. 3. m. Maii 1410, electus in eius locum Joannes XXIII. d. 17. eiusdem mensis et anni.

§ 50. Litterae donationis pro anima Theoderici Comitis de Honstein d. a. 1418. „am dornstage nach S. Pauli tage des heil. aposteln als er bekart wart.“

(Heinrich Graf v. Schwarzburg, Herr zu Arnstadt u. Sondershausen, Bodo Gr. u. Hr. z. Stolberg, Heinr. Gr. z. Gehra, Gotschalk u. Jan Hrn. z. Plesse bekennen, dass ihr Ohm u. Schwager Dieterich Gr. z. Honstein, Hr. z. Heringen, dem Abte Friedrich u. s. Convente u. Gotteshause z. Ilfeld zu einem Seelgeräthe gegeben hat das Dorf Königerode, den Teich zu Wofleben u. den Teich Stocksee, mit allem Zubehör u. Rechten, wie er dieselben besessen hat, als er lebte.)

---

§ 51. Litterae Sigismundi Regis d. a. 1420. in vig. S. Jacobi. v. *Leuckf.* A. I. p. 79. ss.

(K. Sigismund bestätigt dem Abte, Convent u. Kloster in Ilfeld alle ihre Gnaden, Rechte, Freiheiten, gute Gewohnheiten, altes Herkommen, Briefe, Privilegien u. Handfesten. — „Geben zu Prage auff dem Husze nach Christi Gebort vierzehnhundert Jahr(1), an sant Jacobs Abend, unsers Reiches des Hungerischen in dem vier und drissigsten und des Römischen in dem zehnden Jahr.“)

---

§ 52. Litterae Hartungi de Cappel, Capellani ap. etc., d. a. 1438. d. 26. m. Jun.

(Hartungus de Cappel iun., decretorum doctor, ecclesiae Hildesheimensis thesaurarius, Capellanus domini Papae nuntiat Archiepiscopo Moguntino, omnibus sacerdotibus eius et iudicibus ecclesiasticis, in specie Joanni Mackenrodt, clerico asserto, in causa Abbatis et Conventus Ilfeld. adversus dictum Joannem Mackenrod de ecclesia parochiali in Belstede actionem institutam esse in iudicio Pontificiali etc. — Datum et actum Romae in ecclesia b. Mariae rotund. d. 26. Jun. 1438.)

---

1) Rectius: Geben vor Prag auff dem Felde n. Ch. G. 1420 etc.

§ 53. Litterae Abbatis et conventus Ilfeld. d. a. 1459. d. Maurit.

* Wir Heinrich apt, Johannes Artern prior vnde darczu die gancze sampnunge des closters vnsir lieben frouwen zcu yleuelt, ordens von Premonstrie, Bekennen in dessem vffin briffe vor alle den die yn sehin odir horen lesen, das die Ersamen vnd wisen der Rath zcu Northusen vmb Sunderlicher gunst willen vns belegen haben mit den Erbezcinsen hienoch geschrebenn. Kerstoffel Bennikensteyn sobendehalben schilling von seinem garten in der fligkengasse, Caspar Steynbrecher vier schillinge, eyn fastnachthun von seynem huse dor er inne wonet am Nuwenwege, Herman Korman 3 schillinge vom lande gelegen poben der arskern, vnd es nu eyn hopfberg, Heinrich Wenden 9 phennige walpurgis vnd 9 ph. michaelis von dem wynberge, was Watterods, Hans Gisler der begker 10 groschen vom lande vf dem hoenrode, was Gortelers, Speter der Zymmerman 11 schillinge, eyn fastnachthun vnd 2 michels huener von seinem garten in der fligkengasse, Symon Hafe vier schillinge von seynen huse in der Schafgasse, Hoffeman Hesse vier schillinge, 2 michels huner von seynem huse in der fligkengasse, Dittrich Hertwigis vier schillinge, vier fastnachts huner von seynem huse in der Rodegasse, Curd Wenderodt 6 schilling funf ph. von synem wynberge, was vor gezcithen Winterbergis, Curd Thomes 30 ph. 2 fastnachts huener von der Schunen vnd garten gelegen vor dem Grymmelstore, dar had er eynen schafstal vsz gemacht, Berlt Wendelroth eyn schilling von seynem winberge, Herman Werther sechs schillinge von seynem winberge gelegen in der arskernen, was Watterods, die Obirszern funf schillinge 2 fastnachts huener von orem huse gelegen an dem brothuse, Meister Joccofs tochterman der cleinsmet nehist bie dem Ruthentore 4 schillinge 1 fastnacht hun von seynem wynberge, was Tuschenrods, Hans Winrich 6 schilling 3 fastnacht huner von irem huse dor sie inne wonit, Claus Schroter in dem aldindorfe andirthalben schilling von 1½ acker winwachs am hoenrode, was Barkensteds, Die Zcinse obingescreben wir dan genomen haben an der schult als vns der Ersame Ditterich Bodung gotselige on schuldig was. Hirumb geloben wir obgnanten abt, prior vnd gancze samnunge vor vns vnd alle unser nochkomen, das wir die obgnanten Erbezinse jerlich dem gnanten Rathe vnd der Stad Northusen vorschossen, vorrechten vnd alle pflicht dar vone thun wollen, glich als eyn borger zu Northusen solche

zinse hette. Auch wollen wir solche zcinse Nymands vmmer komen laszen, da deme obgnanten Rathe syne gerechtikeit, pflicht vnd geschosz abginge. Das dis allis ane geuerde gehalden werden sal, des zu mer sicherheit vnd bekentnisz haben wir vnser eptie vnd samnunge sigille an dussen brief gehangen, Geben noch Cristi gebort virzcenhundirt Jar dar nach in dem LIX Jare, in die Mauricii.

---

§ 54. Litterae Abbatis et conventus Ilfeld., d. a. 1479. d. lun. p. Laetare.

*(Johannes Abt, Joh. Artern Prior, Hermann Botticher Unterprior, Hermann Arnswald Custos u. die ganze Sammlung der Prämonstratenser zu Ilfeld bekennen, dass sie haben belehnt die ehrsamen u. weisen Herren den Rath zu Nordhausen, „Hans Goldsmed und Jonassen" und alle ihre Nachkommen mit einer Mühle an der Salza, mit aller Gerechtigkeit, wie sie, die Ilfelder Stiftsherren, dieselbe gekauft haben von Gottschalk Wilde, und von der Herrschaft zu Honstein damit belehnt sind. Von dieser Mühle soll der Rath dem Kloster jährlich 24 Schillinge Pfennige u. 40 Pfund weisses Brot geben. — Ferner belehnen sie den Rath mit einer halben Mühle, welche heisst die „Slyfkethe," die Reinhart Weissenberg zu Lehn gehabt hat, wovon der Rath jährlich ½ Mark Nordhs. geben soll, und wozu auch 4 Acker Land gehören. — Ferner belehnen sie den Rath mit einer Mühlstätte an der Salza „die halbe Kutte" genannt, wovon der Rath jährlich geben soll 1 Gans, bis derselbe die Lehen wieder an das Kloster giebt.)

---

§ 55. Litterae Joannis Abbatis Ilfeld. d. a. 1481 „am fritage noch pauli conversionis."

*(„Johannes apt zcu ylueld" bekennt, dass der gestrenge Friedrich von Watterode der Klosterjungfrau Catharine „Smedes" (Schmidt) im Altendörfer Kloster zu Nordhausen für 15 Schock Nordhäus. Groschen 1 Schock Gr. jährlicher Zinse verkauft hat an 2 Hufen und einer Wiese in „Mawerderode" (Mauderode), welche der genannte Friedrich von dem Kloster Ilfeld zu Lehn hat.)

---

§ 56. Litterae Volkmari de Kinderbrucken notarii, d. 24. m. Jul. 1487.

(„In oppido imperiali Northusen“ coram „Volkmaro de Kinderbrucken“ notario et 2 testibus comparuit Henricus Forster, et pro se et fratre suo testatus est de prato aliquo „in der Ohe“ abbati Ilfeldensi vendito, de prato abbatis (Abtswiese), de piscina in Wiegersdorf etc.)

---

§ 57. Litterae Abbatis et conventus Ilfeldens., d. a. 1528. d. Merc. p. Nicol.

*(Bernhard „von Gottes geduld“ Abt, Caspar Rymann Prior, Heinrich Genzel Senior, Thomas Stange Procurator und die ganze Sammlung des Klosters der Prämonstratenser zu Ilfeld bekennen, dass sie dem Rathe und der Gemeine der Stadt Nordhausen verkaufen für 50 Gulden alle und jede Erbezinse, Gerechtigkeit, Lehnschaft, Lehn, Erbzinsen-Pflicht und Recht des Klosters zu Ilfeld, welche sie haben an des Rathes und der Bürger zu Nordhausen Mühlen, Mühlenstätten, Aeckern, Wiesen, Wassern, Weingärten, Häusern, Höfen, Hofstätten, in und vor der Stadt Nordhausen. Doch bleiben dem Kloster seine freien Häuser zu Nordhausen, seine Hauptgelder an den Häusern der Bürger und ein Fass Bier jährlich vom Rathe.(1))

---

§ 58. Litterae Caroli V. Imp. (d. 3. Mai 1541) confirmatae et extensae a Maximiliano II. Imp., d. 20. Sept. 1565. Cf. *Lesser*, Hist. Nachr. v. N. p. 255—257.

*(Kaiser Maximilian II befiehlt u. a. in Beziehung auf den Walkenrieder und den Ilfelder Hof in Nordhausen: „das baide obberurte Höfe, sowol als ander gaistlichen vnd Stiffts Personen Heuser, in des Raths zu Northausen Burgerliche Pflicht, geschosz, wacht, volg vnd mitleiden gezogen werden, vnd derselben Pflicht vnd mitleiden theilhaftig sein.“ —)

---

1) Addita est censuum descriptio Bernhardi Abbatis d. a. 1529. d. Ven. p. Jo. Bapt.

§ 59. Litterae Conventus monasterii Ilfeldensis, d. Sabbat. 29. Nov. a. 1544.

(Ab Abbate Joanne, P. Generali ord. Praemonstrat., vel Commissario ad id deputato petit Conventus monasterii Ilfeldensis, h. e. frater Thomas Stange et Andreas Marholt, monasterii b. Mariae in Ilfeld Professi, ut ratam habeat electionem dicti Thomae Stange, qui postquam Bernhardus de „Mitschefale" Abbas Ilfeldensis mense Novembri anni 1544 mortuus erat, in eius locum die 29. m. Novembris eiusdem anni electus est a Lamperto Borsse, monasterii S. Wiperti in Quedlinburg Praeposito, quem Compromissarium sibi fecerant dicti Th. Stange et A. Marholt. — Litteras scripsit Andreas Dreber (?) notarius; testes fuerunt laici Henricus de Werna et Georgius Eckarius; subscripserunt Th. Stange, A. Marholt et L. Borsse; appensum est Capituli Ilfeldensis sigillum. —)

---

§ 60. Litterae Alberti Cardinalis et Archiepiscopi etc., d. 19. Mart. 1545.

(Albertus S. Romanae ecclesiae tituli S. Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis et Legatus natus, Archiepiscopus Moguntinensis et Magdeburgensis, Princeps Elector, S. Imperii Romani per Germaniam Archicancellarius et Primas, Administrator Halberstadensis, Marchio Brandenburgensis, „Thomae Stangen electo Monasterii b. Mariae virginis in Ilfeld, ordinis Praemonstratensis, Moguntinae dioecesis" scribit: Quum post obitum Bernhardi de Mitzschefal abbatis totus Conventus Ilfeldensis die 29. m. Nov. per scrutinium sub scrutatore Lamperto Bors, monasterii S. Wiperti in Quedlinburg Praeposito, Thomas Stange electus esset, et ab ipso Alberto Cardinali petitum, ut hanc electionem confirmet; se his litteris confirmare eam electionem, simulque mandare Vicario suo generali Halberstadensi, Joanni Episcopo Acconensi, benedictionem abbatis novi et immissionem in abbatiam. — Datae Aschaffenburgi 19. Mart. 1545. —)

Breviter et summatim perscripsi quae sequuntur.

§ 61. In litteris Theoderici Comitis de Honstein datis (in Honstein) anno 1231. 3. Id. Nov. inter testes est „Widekindus prepositus in Ilvelt“ (al. de Ilevelt), quas litteras, duobus exemplis collatis, edidi in N. Mittheilungen des Thüring. Sächs. Vereins f. Erf. d. vaterl. Alterth. z. Halle VI, 1, 157.

§ 62. Anno 1248 [1398?][1] d. 30. m. Sept. (pridie Kal. Oct.) „Fridericus D. G. totusque conventus canonicorum regularium in Ilfeld“ cum abbatissa et conventu sanctimonialium Novi Operis Northusen. ineunt permutationem, ita ut bona sua in villa Rod dent pro bonis harum in Bolderode, consentientibus Comitibus de Honstein, et patre et filio. (Ipsas litteras emendatiores edidi in libro meo Urkundl. Gesch. d. Stadt Nordhausen, I, 2, 63).

§ 63. In litteris Friderici Comitis de Bichelingen datis a. 1251. monasterio sanctimonialium in Kelbra primus testis est Urumoldus abbas in Ilveld. (*Leuckfeld*, Hist. Beschr. v. 3 in u. bei d. güld. Aue geleg. Oert. p. 13. — *Heydenreich*, Hist. Schwarzburg. p. 402.)

§ 64. In litteris Henrici Comitis de Honstein datis a. 1279. in octava paschae primus testis est Johannes abb. Ilfeld. (*Eckstorm* Chr. Walk. p. 105. — *Leuckf.* Ant. Walk. p. 391.)

§ 65. Anno 1297. abbati et conventui Ilfeld. vendunt pro 23 marcis Nordhus. argenti sanctimoniales in Kelbra 1 mansum et 1 curiam in „Gerspich“ (Görsbach), solventem 4½ forenses modios. (*Leuckf.* Hist. B. v. 3 in d. g. A. etc. p. 148.)

§ 66. Anno 1321. „Bernhardus“[2] abbas Ilfeld. et Meinerus (parochus in Hesserode) permutant bona in Berga

---

1) Quum inde ab anno 1246 usque ad annum 1258 Uromoldus esset abbas Ilfeldensis, aut numerus 1248 falso scriptus est in exemplo meo (item in Leuckfeldii exemplo, v. d. Kirche z. Rode p. 153), aut nomen Friderici abbatis falso positum, aut litterae ipsae falsae fictaeque sunt. Mihi litterae verae videntur, datae fortasse anno 1398. a Friderico I. abbate, qui natus fuit Comes Wernigerodensis. Facile legi et scribi poterat a scriba apographi MCCXLVIII, quum mediae litterae (cxc) detritae essent in autographo. — 2) Leg. Bertoldus.

cum bonis in Hesserode, Henrico Comite de Honstein consentiente. (*Leuckf.* Ant. Ilf. p. 101.)

§ 67. Anno 1354. Alexander abbas Ilfeld. a Theoderico Carsten cive Nordhusano accipit donationem annui census. (*Leuckf.* A. I. p. 102.)

§ 68. Idem emit 3 mansos in Uftrungen. (Ib.)

*§ 69. Anno 1365. d. 6. m. Febr. Idem interest transactionibus et compositioni civium veteris urbis Nordhusae cum civibus novae villae (Neustadt) ibidem. (v. litteras a me editas in N. Mitth. d. Thür. Sächs. Vereins etc. III, 4, p. 79.)

§ 70. Idem eodem anno comparat monasterio suo 2 mansos in Sundhusen ad lampadem perpetuam alendam. (*Leuckf.* A. I. p. 102.)

§ 71. (A. 1366?) Hermannus abbas Ilfeld. litem ac bellum inter Comites Honsteinenses et civitatem Nordhusanam componere conatur. (*Leuckf.* l. c.)

§ 72. Anno 1422. Henricus abbas Ilfeld. paciscitur cum Henrico Comite de Schwarzburg de bonis in Kirchengel, ita ut huic sistat currum 6 equis iunctum, eique det dimidium census frumentarii (Korngilde) per 9 annos.

§ 73. Anno 1432. Thilo Becker abbas Ilfeld. comparat monasterio suo ab Henrico et Ernesto Comitibus de Honstein „molendinum“ in Salza.

§ 74. Anno 1488. Berhardus abbas Ilfeld. contrahit cum Henrico seniore Comite de Stolberg de victu huius in monasterio Ilfeldensi. (*Leuckf.* A. I. p. 108.)

§ 75. Johannes Neumarkt abbas Ilfeld. a. 1507. 1518. — Hic dominis de Titchenrode 2 mansos in Uftrungen concedit in feudum.

§ 76. Anno 1521. Christophorus abbas Ilfeld. legat hospitali S. Cyriaci, quod Nordhusae est, 60 florenos.

§ 77. Anno 1524. Bernhardus abbas Ilfeld. Christophoro de Werther bona in villa maiori Werther dat in feudum.

Has habui, Collegae optimi Ilfeldenses, quas Vobiscum ludos saeculares scholae Vestrae instauraturis communicarem litteras, alias totas aliarum partes potiores (1). Persuasum mihi est, plurimum eas facere ad cognoscendas res ecclesiae sive monasterii Ilfeldensis, itemque res harum regionum civiles, inde ab saeculo XII. ad saeculum XVI. actas. Intactam Vobis relinquo Scholae Vestrae historiam, nec de Neandro Vestro, scholae Ilfeldensis emendatore, immo conditore ac sospitatore, quem Nordhusa Ilfeldae dedit, quidquam narrabo. Vestrum est huic viro aliisque, qui de schola Vestra per tria saecula optime meriti sunt, ea qua par est pietate struere monumenta. Qua in re optime praeivit nuper vir doctus (2), qui ex schola Vestra et ex Collegio Vestro ad munus Professoris historiarum administrandum in eam abiit Academiam, in qua ego olim quod audivi Quinqueviros historicos (3), mihi semper gratulabor.

Annum scholae Vestrae vere saecularem puto 1846; anno enim 1546. scholam Ilfeldensem instituisse videtur Thomas Stange Abbas ecclesiae b. Mariae Ilfeldensis ex ordine Praemonstratensi ultimus: diem certum vix reperietis. Certe tamen festus Vobis erit dies 20. m. Nov. a. 1844, quo die tria saecula transacta erunt ab electione Thomae Abbatis, itemque anno 1850. dies 30. m. Junii, quo die anno 1550. Michael Neander Nordhusa Ilfeldam venit. Laetos hos dies hosque annos Deus O. M. Vobis faxit! Bene valete ac munusculum hoc meum qua estis humanitate animoque benigno accipite. Scr. Nordhusae d. 21. m. Maii, quem diem

---

1) Paucae tantum *αὐτόγραφοι* mihi obtigerunt (§§ 18. 29. 29*2. 30. 31. 32. 33. 41. 47. 53. 54. 55. 57. 58. 69. quas asteriscis signavi) plurimae *ἀπόγραφοι*, aliae bene aliae minus bene descriptae. Multo plures exstitisse litteras de donationibus praesertim et emptionibus cum Canonicis Ilfeldensibus pactis scriptas, testatur in commentariis suis (a. 1589) M. Neander, affirmans tradita fuisse monasterio Ilfeldensi bona per Thuringiam a Comitibus de Honstein, de Kirchberg, de Blankenberg [Blankenburg?] de Kefernburg, de Gleichen, de Beichlingen, de Gleichenstein [etiam a Thuringiae Landgraviis, a Comitibus Clettenbergensibus, Laranis, Schwarzburgensibus, Wernigerodensibus, Stolbergensibus et aliis], a Dominis de Heldrungen, de Bruningen [Gruningen?], de Salza, de Winkel, de Roldeshusen, de Tulstet [Kulstet?], de Werther, de Thale, de Rockstet, de Tenstet, de Hopfen, de Heringen, de Wernrode, de Ebra, de Thalheim, de Bessingen, de Cranichfeld, de Rinkleben, a civibus Sondershusanis, Frankenhusanis, Nordhusanis, ab ecclesiis et sacerdotibus Jechaburgensibus, Weissenseensibus, Halberstadensibus, Erfurtensibus, et ab aliis sacerdotibus et laicis. — 2) W. Havemann, Mittheilungen aus dem Leben von Mich. Neander. Gött. 1841. — 3) Heyne, Heeren, Planck, Staeudlin, Eichhorn.

festum agunt meritoque concelebrant Collegae Portenses, quorum scholam quod ante haec tria saecula primus rexit Jo. Gigas civis noster, non possumus quin hodie simul laetemur laetique acclamemus: Almae matri Portensi feliciter!

Jam coronidis loco hic ponam Praepositorum et Abbatum Ilfeldensium nomina additis certioribus annorum numeris. Ex his Ilfeldensis ecclesiae antistibus omissi sunt apud Leuckfeld. (Antiqq. Ilfeld. p. 97 ss.) Praepositi Rudegerus, Bertoldus, Widekindus, Abbates Geroldus, Bertoldus, Ludovicus, Bertoldus de Rottleben, Th. Becker, Henricus, Johannes II, Christophorus, falso intrusi inter eos Waltherus Praepositus (a. 1231, pro Widekindo), Abbates Elgerus Comes de Honstein (a. 1281. 85.), Alberti tres (a. 1285; 1315. 18; 1333) et Bernhardus (1321), hi nominibus Alberti (p. 59. 84. 87) atque Albesai (p. 88) pro Abbatis et Bernhardi pro Bertoldi positis, Elgerus per scriptorum antiquorum interpretationem perversam.

A. Praepositi.

1. Rudegerus c. 1190. Ob. 17. Kal. Aug. (§ 2.)
2. Bertoldus. Ob. 12. Kal. Aug. (§ 2.)
3. Helmbertus (Helimbertus, Helbertus, Hillebertus) 1220 (§ 12). 1227. 28 (§ 13). Ob. 3. Non. Febr. (§ 2).
4. Widekindus 1231 (§ 14. 61). 1240 (§ 16). 1243 (§ 17). Ob. 12. Kal. Jul. (§ 2).
5. Uramoldus (Urumoldus, Uromoldus), fit Abbas a. 1246 (§ 2).

B. Abbates.

Uramoldus 1246. 1251 (§ 63). Ob. prid. Non. Sept. a. 1258 (§ 2).

6. Geroldus 1258—1262, ob. Id. Febr. (§ 2).
7. Johannes (de Northusen) [1262.] 1271 (§ 18). 1279 (69? § 22. 64). 1286 (§ 20). 1294. 95. 96. (§ 29).
8. Theodericus (de Wilrode) 1304 (§ 30). 1305 (§ 31). 1309 (§ 32). 1311 (§ 33).
9. Bertoldus 1319 (§ 34). 1321 (§ 66).
10. Ludovicus 1338 (§ 40).
11. Alexander 1354 (§ 67 s.). 1365 (§ 69).
12. Hermannus 1366 (§ 6. 71).
13. Fridericus (Comes de Wernigerode) 1379 (§ 43). 1385 (§ 44). 1389 (§ 45). [1398? § 62].
14. Fridericus (de Rusteberg) 1407 (§ 46). 1410 (§ 48. 49). 1418 § 50).

15. Henricus (de Walde?) 1422 (§ 72).
16. Bertoldus (de Rottleben, „Berld")?
17. Theodericus (Becker, „Thilo") 1432 (§ 73).
18. Henricus 1449. 1459 (§ 53).
19. Johannes 1479 (§ 54). 1481 (§ 55).
20. Bernhardus 1488 (§ 74.)
21. Johannes (Neumarkt) 1507. 1518 (§ 75).
22. Christophorus 1521 (§ 76).
23. Bernhardus (de Mitzschefal) 1524 (§ 77). 1528 (§ 57). Ob. m. Nov. 1544.
24. Thomas (Stange) 1544—1559. Electus est d. 29. m. Nov. 1544 (§ 56. 57), obiit d. 10. m. Apr. 1559 annos natus 64. Hic ecclesiam s. monasterium iam desolatum reformavit ac scholam instituit circa annum 1546 (v. B. Nihusii Scriptum II. in *Leuckf.* A. I. p. 253), ad quam regendam M. Michaelem Neandrum Soranum Nordhusa Ilfeldam vocat anno 1550.

Index.

21. Bertoldus C. de Clettenberg, Canon. Halberstad., ratam habet venditionem bonorum in Ebra. D. Halberst. 1269 (? 1279.) Jun. 23. § 22.

22. Fridericus C. de Clettenberg ratam habet venditionem bonorum in Ebra. D. Rebeningen. 1279. Jun. 28. § 23.

23. Idem monasterio Ilfeld. concedit unam de curiis suis in Nordhusen. s. a. et d. § 24.

24. Idem eidem concedit 3 mansos in villa Rode. s. a. et d. § 25.

25. In litteris Henrici Comitis de Honstein (1279. Apr. 9.) testis Johannes abb. Ilfeld. § 64.

26. Theod. et Henr. Comites de Honstein vendunt monasterio Ilfeld. 7 mansos et 4 curias in Wolkramshusen. Act. 1282. Jan. 29. § 19.

27. Henricus Com. de Kirchberg confert monasterio Ilfeld. 1½ mansum et curiam in Toba. D. 1285. Dec. 2. § 27.

28. Fridericus C. de Clettenberg monasterio Ilfeld. concedit 3 mansos in in villa min. Wechsungen. D. 1286. Jul. 1. § 26.

29. Kunem. de Sundirshusen dat monasterio Ilfeld. 1 mansum in Berga. 1288. Aug. 27. § 28.

30. Rudolphus I Rex confirmat et auget privilegium monasterio Ilfeld. a Wilhelmo Rege datum (§ 14). D. Erford. 1290. Apr. 25. § 5.

31. In litteris Elgeri Praepos. Nordhus. (dat. 1294. Maii 6): Joannes abb. Ilfeld. § 29. * 1.

*32. Item in litteris eiusdem (a. 1295. Oct. 25). § 29. * 2.

*33. Jo. abb. Ilfeld. ceterique (2) arbitri adiudicant ius Praepositum sibi eligendi ipsis sanctimonialibus Novi Operis in Nordhusen. D. Nordhus. 1296. Nov. 23. § 29.

34. Abbas et Convent. Ilfeld. emunt mansum et curiam in Görsbach. D. a. 1297. § 65.

*35. Th. abb. Ilfeld. testatur de censu quodam annuo in civitate Nordhus. D. 1304. Dec. 28. § 30.

36. In litteris Alberti D. Sax., Praepos. S. Cruc. Nordhus. Th. de Wilrode abb. Ilfeld. 1305. Mart. 29. § 31.*

*37. Theodericus abb. Ilfeld testatur compositionem factam inter civitatem Nordhusanam et sanctimoniales veteris villae. D. 1305. Maii 22. § 31.

38. Comites de Honstein confirmant donationes et venditiones suas factas monasterio Ilfeldensi (Act. a. 1286. 1300. 1301. 1305.) D. 1305. Dec. 13. § 20.

39. Comites de Honstein monasterio Ilfeld. vendunt villam Walrode et piscinam Tanse, donant ius patronatus in Wofleben et bona in min. Wechsungen et Tummenwerther. Act. 1307. Nov. 12. § 21.

*40. In litteris Comitum de Honstein (act. et d. 1309. Oct. 22): Theodericus abb. Ilfeld. § 32.

*41. Theodericus abb. Ilfeld. de decimatione in Schate testatur. D 1311. Febr. 21. § 33.

42. Henr. C. de Honstein donat monasterio Ilfeld. ecclesiam in Hesserode. s a. et d. § 36.

43. Fridericus Decan. eccl. Jechaburg. ratam habet permutationem ecclesiarum in Ostertoba et in Berga etc. D. 1315. Jul. 14. § 37.

44. Idem cum ceteris arbitris sententiam dicunt de iure patronatus ecclesiae in Schilfe. D. 1318. Jan. 2. § 38.

45. Bertholdus abbas Ilfeld. annuos census adsignat Ulrico de Thymerode. D. 1319. § 34.

46. Abbas Ilfeld. permutat bona in Hesserode, c. bonis in Berga, a. 1321. § 66.

47. Th. de Lyphershusen testatur de iure bonorum, quae possidet in villa Sachswerfen. D. 1329. Mart. 2. § 35.

48. Henricus Archiep. Mogunt. indulget, ut mon. Ilfeld. habeat ecclesias parochiales in villis 10. D. 1333. Sept. 11. 39.

49. Abbas, Prior et Conventus Ilfeld. testantur de domo empta in Nordhusen. Act. et d. 1338. Jul. 1. § 40.

*50. Godofr. de Bula dat monasterio Ilfeld. 2 forenses modios siliginis in Haverungen. D. 1348. D. 28. § 41.

51. Comites de Honstein donant mon. Ilfeld. 4 mod. for. tritici et hordei in Windehusen. D. 1350. Febr. 2. § 42.

52. Alexander abb. Ilf. accipit donum annui census a cive Nordhusano, a. 1354. § 67.

53. Idem emit 3 mansos in Uftrungen. § 68.

*54. Idem interest rebus agendis inter cives veteris urbis Nordhus. et cives novae villae ibid. D. Nordhs. 1365. Febr. 6. § 69.

55. Idem eod. anno comparat 2 mansos in Sundhusen. § 70.

56. Carolus IV. Imp. confirmat donationes monasterio Ilfeld. factas. D. Francf. 1366. Sept. 12. § 6.

57. Hermannus abb. Ilf. interest rebus agendis inter Comites Honstein. et civitatem Nordhus. c. a. 1366. § 71.

58. Abbas et Convent. Ilfeld. vendunt 1 marcam annui census monasterio sanctim. Novi Operis in Nordhusen. D. 1379. Jan. 18. § 43.

59. Comites de Honstein concedunt monasterio Ilfeld. locum ad aedificandum in Ilfeld. D. 1385. Sept. 17. § 44.

60. Fridericus abb. Ilf. et conv. permutant bona sua in Rode c. bonis monasterii Nov. Op. Nordh. in Bolderode. D. [1398?] Sept. 30. § 62.

61. Consules Nordhus. concedunt permutatione facta monasterio Ilfeld. aream liberam in urbe Nordhus. D. 1389. Jun. 5. § 45.

62. Abbas et Convent. Ilfeld. concedunt Hospit. S. Martini 5 mansos in Nordhusen. D. 1407. Jan. 3. § 46.

63. Brandanus Auditor apost. in ius vocat Comites Schwarzburg. monachorum Ilfeld. vexatores c. a. 1400. § 47 b.

64. Joannis Card. sententia in eadem causa. D. et act. Senis 1408. Jan. 18. § 47 c.

65. Thomas Auditor apost. in eadem causa 25 florenos solvi iubet. D. Lucae 1408. Jun. 6. § 47 d.

*66. Gregorii XII. Papae ad Episcopum Ferentin. et Decanos Herbipol. et Halberstad. litterae et sententia in eadem causa. D. Lucae 1408. Jul. 5. § 47 a.

67. Petrus Tuscul. Ep., Poenitentiarius apost., absolvendos iubet monachos et conversos Ilfeld. D. Bonon. 1410. Maii 1. § 48.

68. Antonius Portuens. Ep., Poenitentiarius apost., absolvendos iubet monachos et conversos Ilfeld. D. Bonon. 1410. Jun. 29. § 49.

69. Theoderici Comitis de Honstein affines testantur de donatione huius pro animae salute monasterio Ilfeldensi facta. D. 1418. Jan. 27. § 50.

70. Sigismundus Rex confirmat monasterii Ilfeld. privilegia etc. D. Pragae 1420. Jul. 24. § 51.

71. Henricus abb. Ilf. c. Henrico Comite de Schwarzburg paciscitur de bonis in Kirchengel. a. 1422. § 72.

72. Thilo Becker abb. Ilf. comparat „molendinum" in Salza a. 1432. § 73.

73. Hartung. de Cappel Capellanus Papae nuntiat actionem institutam adv. Jo. Mackenrod. D. et act. Romae 1438. Jun. 29. § 52.

*74. Abbas, Prior et Convent. Ilfeld. testantur de censu hereditario apud Nordhusenses. D. 1459. Sept. 22. § 53.

*75. Abbas et totus Conv. Ilfeld. concedunt Nordhusensibus molendina quaedam. D. 1479. Mart. 22. § 54.

*76. Jo. abbas Ilfeld. testatur de annuo censu Friderici de Watterode in Mauderode vendito. D. 1481. Jan. 26. § 55.

77. Henr. Forster coram notario testatur de pratis et piscina monasterii Ilfeld. D. 1487. Jul. 24. § 56.

78. Bernhardus abb. Ilf. contrahit c. Henrico Comite de Stolberg de victu, a. 1488. § 74.

79. Johannes abb. Ilf. (1507. 18.) dominis de Titchenrode 2 mansos in Uftrungen in feudum dat. § 75.

80. Christophorus abb. Ilf. legat Hospitali S. Cyriaci Nordhus. 60 florenos, a. 1521. § 76.

81. Bernhardus abb. Ilf. Christophoro de Werther bona in mai. Werther in feudum concedit, a. 1524. § 77.

*82. Abbas et tot. Conv. Ilfeld. vendunt Nordhusensibus quaecunque possident in urbe et ad urbem ipsorum, exceptis quibusdam domibus et reditibus. D. 1528. Dec. 8. § 57.

*83. Caroli V. Imp. litteras (d. 1541. Maii 3.) Maximilianus II. Imp. confirmat additis legibus quibusdam. D. Viennae 1565. Sept. 20. § 58.

84. Conventus mon. Ilfeld. abbatis electionem nuntiat P. Generali ord. Praemonstrat. D. Ilfeld. 1544. Nov. 29. § 59.

85. Albertus Card., Archiepisc. Mogunt. et Magdeb. etc. mandat Joanni Accon. Ep., Vicario suo generali Halberstad., inaugurationem abbatis Ilfeldensis electi Thomae Stange. D. Aschaffenb. 1545. Mart. 19. § 60.

Von den Schriften des Professors **Förstemann** in Nordhausen sind ferner in der Buchhandlung von **Ferdinand Förstemann** daselbst um beigesetzte Preise zu haben:

Urkundliche Geschichte der Stadt Nordhausen bis 1250, 15 Bogen, und Nachträge dazu, $6\frac{1}{2}$ Bogen. Nordh. 1840. 4. $1\frac{1}{2}$ Thlr.

Mittheilungen zu einer Geschichte der Schulen in Nordhausen. Nordh. 1824. 4. 9 Bogen. $12\frac{1}{2}$ Sgr.

Nachricht von den Schulen zu Nordhausen v. d. Reformation. 1830. 4. 2 Bogen (mit einem Erinnerungsblatte für Nordhausen, $\frac{1}{2}$ Bogen. 8.) 5 Sgr.

Probe alter Weisthümer für und von Nordhausen.
1833. 4. 2 Bogen. 5 Sgr.

De vita Mathildis.
1838. 4. 1 Bogen. $2\frac{1}{2}$ Sgr.

Epistolarum ad M. Andr. Fabricium Chemnic. scriptarum Particula.
1839. 4. 2 Bogen. $2\frac{1}{2}$ Sgr.

Aus den N. Mittheilungen des Thüring. Sächs. Vereins f. Erforsch. d. vaterl. Alterth. zu Halle besonders abgedruckt:

Weisthümer für den Rath der Stadt Nordhausen u. von demselben, aus dem 15. u. 16. Jahrh.
1834. $4\frac{1}{2}$ Bogen. 10 Sgr.

Die alt. Gesetze d. Stadt Nordhausen (s. Anf. d. 14. Jahrh.)
1836. 12 Bogen. 25 Sgr.

Die Gesetzsammlungen der Stadt Nordhausen im 15. u. 16. Jahrh.
1843. $6\frac{1}{2}$ Bogen. 15 Sgr.

Das alte Rechtsbuch der Stadt Mühlhausen a. d. 13. Jahrh.
1843. $2\frac{1}{2}$ Bogen. 10 Sgr.

Von demselben Verfasser erschien in der **Rengerschen** Verlagshandlung in Halle:

Die christlichen Geißlergesellschaften.
1828. 8. 21 Bogen.

Druck von Fr. Thiele in Nordhausen.